Queritur circa sextam distinctionem / an caracter sit causa iterationis baptismi et que pena debetur iterantib⁹ baptismū. ℙro solutione notandum est q̄ non reperitur patenter caracter in canone biblie in sermone qua doctores vtuntur in proposito nec reperitur in biblia ante .xiij. cap'm apocalipſ. sed non capitur ꝯ hac significatiõe vt patet/et faciet oĩes pusillos et magnos ⁊ diuites et pauperes et liberos ⁊ seruos habere caracterez in dextera manu. non loquitur de caractere sicut vtimur/quia ponit illum in dextera manu: sed quia sãctorum alique auctoritates magis quadrant et doctores theologi caterua ponũt et non est ratio fortis caracterem potẽs impugnare indisciplinati est caracterez negare. in capite maiores: de baptismo et eius effectu: est sermo de caractere altiſ. alexan. bonauen. thomas et omnes /caracterem ponũt. ali qui dixerunt q̄ erat relatio vt bonauentura recitat ad quod aliquod aliqui posteriores inclinant/ sed relationes quoquouersũ inficior beatus augu. vtiſ illo termino ad donatum presbiterũ ⁊ recitaſ. xxiij questione. iiij. displicet/circa medium et vos oues xp̄i estis caracterem dñicum portatis in sacramẽto quod accepistis et erratis et pitis. item aug. ad peruinianũ de hereticis et damnatis / et recitatur. j. q. j. q̄ quidam/quasi circa principium/⁊ diffinitur sic Caracter est signum anime impſſum in susceptiõe sacramẽti indelebile ⁊ distinguens habentẽ a nõ habente indelebile caracterẽ ab habitu ⁊ actu seiugat potentiam anime ipam aiaz pono non est indelebilis quin deus delere potest: sed non delebitur in via vel in patria. esto q̄ fides deleatur in patria ob noticiam clariorem superuenientẽ nec in dãnatis abolebitur in eorum confusionem: illa diffinitio ẽ bona de potentia dei ordinata. distinguit quidam solũ arguitiue ⁊ si oĩes essent xp̄iani distinguit xp̄ianos a non xp̄ianis possibilibus. hoc est dictu est sufficiẽs distinctio ex parte eius non tunc ꝓprie capiendo distinctionem/q̄ nec ens non enti/nec̄ non ens enti est idẽ vel diuersũ, ꝓprie captis termis. Sed ꝺ̄ arguitur. caracter est qualitas: ergo male diffinit ꝓ signum loco generis. Item in circumcisione nõ imprimebatur tunc caracter: ergo nec in baptismo: tenet consequentia. q̄ ⁊ trunc̄ sacramentum successiue erat ianua circumcisio vt patet ex premissis q̄stionibus illa ianua obstructa aperta est alia scz baptismus. et añs patet. quia doctores cõmuniter illud non ponunt. Respondetur distinguendo añs/ vel qualitas capitur scẽ intentionaliter et tũc subiectum supponit materialiter ꝓ termino caracter et sensus est. ille terminus caracter est de predicamento qualitatis et sic ꝓñia non valet nisi sit sermo de diffinitione quidditatiua quã ille terminus caracter non potest habere. si qualitas capiatur ꝑme intentionaliter ꝓñia minus valet/similitudo est qualitas: et tamen bene diffinitur per signum ille terminus similitudo. Non pono res in predicamento scz terminos/eadẽ res numero significata ponitur i diuersis predicamentis eo mõ quo rei conuenit poni in predicamẽto cum hoc addito res significata. idẽ calor numero est q̄litas et significatur per illũ terminum q̄litas/qualitas/similitudo/actio/passio. Ad aliud an in circumcisione imprimebatur caracter rationabilius est q̄ sic. Istis notatis pono conclusiones. ℙrima est/licet voluntas dei sit causa iteranti baptisma. tamen caracter est argumẽtum saltem a posteriori ad hoc concludendum ꝓ pars patet: quia illa tria sacramenta sunt iterabilia scz baptism⁹/confirmatio/et ordo in quibus imprimitur caracter: et hec sola tria sunt iterabilia. Consequenter assumptis veris oportet dicere quicq̄ sunt caracteres specie spāliſſima distincti tres in ordine ⁊ forte plures et duo in istis sacramẽtis. q̄ specie differant apparet propter differentes effectus. hec suasio est tenuis Forte dicis habens baptismũ flaminis habet vnum caracterem iã anime impſſum et iterum alium habebit in baptismo fluminis et sic duos caracteres baptismales habebit. Respondetur q̄ q̄ baptismus flaminis ad salutem sufficiat non videtur q̄ in illo imprimatur caracter scz solum in baptismo fluminis. ex quo patet. non inconuenit aliquem esse beatum qui illo caractere vacat non tamẽ video qui baptisatus baptismo flaminis postea accedens baptisma fluminis gratiaz habebit sacramentalem: sed ponendo caracterem in circumcisione sicut est probabile quis habebit duos caracteres in signum fidei scz circumcisionis et baptismi qui sunt aliarum rationum. exiles ratões habere potes contra negantem caracterem in circũcisione. Secũda ꝓclusio: sciẽter capiẽs bis baptismum incurrit penam canonicam /hoc est penã inflictam a canone/esto q̄ eum latet que sit illa pena. probatur: quia talis dat operam rei illicite quẽadmodũ percutiens clericum est excõicatus eo facto esto q̄ eum latuit percutientem q̄ canones inferant tales penas/illa pena in proposito est irregularitas illud patet extra de apostatis reiterantib⁹ baptismum ex litterarum. quib⁹ accolitus ministrauit sacramentum baptismi suo fratri languenti vt liberaretur a graui infirmitate q̄ laborabat pontifex romanus diffiniuit q̄ si publicatum est ad superiores ordines promoueri non debet nisi ad religionẽ trã sierit vt fauore religionis ipsius valeat dispensari. Si vero occultum est/promoueri poterit: illud patet de consec. distin. iiij. qui bis ignoranter baptisati sũt nõ indigẽt ꝑ eo penitere nisi q̄ ꝫ canones ordinari non possunt nisi aliqua magna necessitas cogat qui autem non ignari iterum baptisati sunt q̄si iterum crucifixerunt xp̄m per septem annos peniteant quarta et sexta feria et tres quadragesimas ieiunent si ꝓ vitio aliquo fecerunt/similiter si ꝓ mundicia putauerit tribus annis peniteant. Ex isto patet q̄ qui dubitat an est baptisatus vel ne potest ire ad baptisma et non incurrit istã irregularitatez nec eũ baptisãs/pb̄r non tenet facere sollertẽ indaginẽ ad inuestigandũ an puulus vel adult⁹ est alibi baptisãs. illo ꝓ de consecratione distin. iiij. cum itaq̄ baptismi sui nichil recordetur qui regenera-

af ꝺ̄ dicta



rationis est cupid⁹ nec aliter de eo attestari põt paulo post sed in hoc simile nichil formidatur q̄n non potest iterationis crimine venire q̄ omnino factum esse nescitur. ℞m leges laycus est decapitãd⁹ presbiter deponẽdus. Contra istas cõclusiones arguitur q̄ bis baptisatus sciẽter non incurrat hãc penam canonicã et pono per casum q̄ duo vel tres simul baptisent vnum puulum sic sclz q̄ quilibet eorũ trium simul et semel incipiat aspergere aquã et proferre verba. Arguitur sic: vn⁹ eorum baptisat et non est maior ratio de vno q̄ de alio: ergo ille puul⁹ baptisatur a pluribus: ergo pluries baptisatur. forte negas q̄ ille puulus baptisetur. Arguitur sic: si vnus solus puulus asperſisset et protulisset verba clarum est q̄ ille baptisasset: g̃ si vn⁹ alter secum protecisset aquam super puulũ proferendo verba ille alium non impedit. Item si idem ponatur i diuersis locis esto q̄ duo presbiteri illud sciant vident puulum in necessitate vterq̄ presbiter tenetur puulum baptisare q̄ dubitat de vita puuli et nescit an aliquis eũ baptisat: ergo vterq̄ debet illum puulum baptisare. Huic argumento dicitur q̄ ille est baptisatus a quolibet istorũ quãmodũ in cena dñi romanus pontifex cardinales et multi astantes consecrant idem corpus dñi et quilibet eor̄/et sic concedo q̄ a pluribus baptisetur/ſz non pluries q̄ pluries dicit interruptionem temporis et propterea cõcedimus sortem non totiens fuisse hominem sicut fuisse parisius/sed hic aduerte q̄ si vnus finierit ante alium ille baptisat et alter nichil facit nõ est cura quis prius incipit dũ modo quilibet inter proferenda verba aspergat aquam ⁊ simul terminẽt. Sed contra hoc arguitur sic ibi sunt plures baptisationes: ergo est pluries baptisatus. Respondetur/si baptisatio capitur actiue conceditur q̄ sunt plures baptisationes q̄ plures homines baptisantes/ si passiue vnus solus/si abstractiue pro baptismo vel pro verbis concedo / et sic concedo hanc copulatiuam sortes est semel baptisatus et tamen .xxx. baptisationibus. baptisatio nõ haberet subiecto baptisato sicut albedo rei albe et sic ista est baptisatus a pluribus causis totalibus vt totalibus tantũ vz sicut sufficientibus/sed non vt tantũ valet sicut p̄cisis/sed dicis caracter est impartibilis quis eor̄ illum causat i animam baptisati: dico non est exploratum an caracter sit indiuisibilis probabile est omne accidens anime est intensibile et remissibile licet aliquod nec intẽditur nec remittitur a creatura q̄cq̄ illa via nõ caret ſpinis propter act⁹ ſinchathegozeumaticos affirmatiuos ⁊ negatiuos sed quocunq̄ istorum modor̄ dato deus caracterẽ creat et nullus istor̄ causalitatem propriam habet respectu caracteris q̄libet est tamen causa sine qua non/sufficiens respectu eiusdem. Forte dicis tunc istorum vterq̄ poterit dicere nos te baptisamus et simul possunt dicere nos te baptisam⁹ ⁊ sic duo copulati baptisare possunt/ hoc non est absonum quando diuisim baptisant hoc est quilibet eor̄ ⁊ formam profert et aquam applicat quo fit hec illatio

Arguitur cõtra conclusiones

est nulla nullus habet duos patres naturales ergo nec̄ ſpirituales/etiam si quis dicat nomine proprio nos te baptisamus baptisat licet perperam agat non vtendo forma cõmuni plerũq̄ vnus de se loquens vtitur plurali numero / vt nos iacobus dei gratia. non est necessarium ad essentiam sacramenti ponere nomen baptisantis nec ꝓnomen. sufficit q̄ ponatur terminus significans lotionem cũ aliis essentialibus et licet deus sit vnus cuius ego sum minister/non sequitur q̄ debeam vti pronomine singularis numeri. stat dare mille ministros simul eundem baptisantes ⁊ ibi non est precise vnitas ministri/etiam sunt plures persone in diuinis. Forte dicis si duo ꝓferant ego te baptiso et vnus finit ante alium ille non baptisat dicendo nos te baptisamus cum propositio sua sit falſa. dico esse falsum nichil facit ad formam. grecus bene baptisat et tamen sua oratio non est vera vel falſa. Ad confirmationẽ posito q̄ idẽ ponat i diuersis locis dicitur q̄ casus est preter legem. sed eo dato si vnus presbiter scit q̄ alter illum baptisauerit nõ debet attentare rebaptisare/sed punctum est si puulus sit rome et parisii et presbiteri sciant et de se inuicẽ nullum est preiudicium si simul baptisant hoc est desinant proferre/ab vtroq̄ est baptisatus. Secundo arguitur ad idem posito q̄ quis moriatur inter proferenda verba baptismatis tunc potest baptisari/quod p̄z: q̄ nõ est baptisatus: sed probo q̄ tũc licet rebaptisari moriatur titius proferendo vnam sillabam de filii: et arguitur/q̄cunq̄ aliqua pars illius totius orationis est/tota illa oratio est/et quando tota illa oratio est/quelibet pars eius est q̄ totũ est nisi sue partes: ergo tota forma et quelibet pars forme est q̄cũq̄ aliqua sillaba ꝓfertur: ergo erat prius baptisatus. Confirmaſ: ponatur idem in diuersis locis in vno baptisetur et in alio non/et ponatur q̄ peccatum originale est qualitas in anima et tunc duc argumentũ tuipse. Ad argumentũ intendo facere in materia de eucha[a] circa illam propositionem hoc est corpus meum. Ad confirmationem dicas tuipse. Tertio pono q̄ duo deferantur presbitero sortes et plato et presbiter intentionem baptisandi vnũ habet/sed non cogitet de quo distincte/tunc sic arguo: vtrũq̄ istor̄ licet postea rebaptisare alter eor̄ est baptisatus: hoc totum scit presbiter: vt suppono igitur. Forte concedis alter eor̄ est baptisatus q̄ro quis est ille et quare vnus et nõ alter. Respondetur q̄ in illo casu neuter est baptisatus q̄ illa intentio vaga nõ sufficit/requiritur vel q̄ actualiter habeat intentionem circa vnum vel q̄ habuerit virtute cui⁹ descendit nunc ad baptismũ si nunc non actualiter cogitet quemadmodum de presbitero qui intendit consecrare nouẽ hostias demonstrando decem pãtes non determinando se ad quascunq̄ nouem nullas consecrat et sic argumentum est solutum/sed non requiritur q̄ intendat baptisare filium regis esto q̄ filius regis ponatur loco filii ducis sufficit velle baptisare hoc suppositũ demonstratũ. Eodẽmodo si offeratur adultus ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca



chometista loco adulti iudei vel mas loco femine sicut isaac protulit verba benedictionis in hoc supposito demõstrando iacob et deus eũ benedixit sic cum baptisans intendit hoc demonstratum baptisare deus post verba caracterem baptismalem imprimit. secus est in matrimonio vbi error persone matrimonium impedit / tum propter illegittimationem maxime pontificiã tũ qz istud est necessariũ ad salutem illud voluntarium et difficile sit cohabitare si non sponte a capite inceperunt. Quarto oblato mõstro licet dicere ego te baptiso ꝛc. et tale est rebaptisandũ igitur: et minister sic faciens scienter non peccat igitur: respondetur de monstro difficile est videre an sit vnum suppositum vel duo si sit adultum quidã dant remedium ad ponendum discrimen si alter aliquid vult q alter non vult cõcluditur q sunt duo et due anime/sed illud in paruulis non prodest neqz in adultis: q probo: si illud sit in diuersis locis opinor q potest habere qualitates contrarias simul. secus est de anima que est in pede et in capite propter sensus in capite quibus mediantibus cogĩcit cũ hic essent varii sensus et varie complectiones ex parte materie esto q sit vna anima potest velle ꝛ nolle: sed quid tunc remedii an liceat dicere ego baptiso hoc aggregatum vel hanc multitudinem eo q multitudo est terminus collectiuus et diuisiu⁹: vn⁹ homo est multitudo qz multitudo suaꝝ partium videtur alicui forte dicendũ q non est baptisatus qz non est sufficiens intẽtio nisi determinate feramus intentionem/ps ex dictis. Sed in oppositum arguitur quando apostoli baptisabant circiter tria millia actũ. ij. i die pentheco-stes non videtur q sciebãt determinate hic sunt. iij vel. iiij. sed ferebant vos super baptisatos demonstratos et presbiter volens benedicere omnes presentes hostias nesciens numerũ eaꝝ determinate omnes consecrat hoc pronomẽ te potest mutari non modo in numerum pluralem sed in terminum non conuertibilem vt patet i forma grecoꝝ et videtur etiam q minister a peccato excusetur propter dubium. ¶ Respondetur per propositiones. si appareat clare q est vnus debet baptisari cũ pronomine te latinus: sed si dicat vos reuerẽtie causa dũ modo est intentio eius de vno vere baptisat. licet mutare pronomen: sed male agit non vtendo forma debita. Secunda propositio potest primo vnã partem baptisare: postea aliam cõditionaliter si nõ es baptisatus potest q̃m dicere ego baptiso hoc aggregatum vel hanc multitudinem ante se: esto q nesciat an sit vnum suppositum vel duo capiendo terminum collectiuum pariter et diuisiuũ hoc est q̃ vtriusqz naturam sapit. ferendo intentionem super binariũ demonstratum non est idem de vos q potest esse singulare vel plurale. ceterum petis an caracter est in essentia vel potentia anime qz nõ pono potentias aie ab anima distinctas: dico q caracter est realiter in essentia anime intellectu et voluntate et magis proprie ad nudam essentiam anime spectat cũ ad nullam operationem tendat intellectus vel volũtatis nullam auctoritatem habet respectu alicuius operationis non video quomodo caracter actionem habeat ad baptismũ vel ad confirmandum vel ad consecrandum. forte dicis stat baptisatũ peccare q̃n baptisatur: ergo deus non infũdit ei tunc caracterem aliquẽ vel donum supernaturale alioquin curaret imperfecte caracterẽ ꝛ gratiam non dando. dico q curat perfecte in illo genere licet non i esse gratie balaam infideli ydolatre cõmunicata est, pphetia numeri. xxiiij. scõm illud sedulii. Angelicꝫ tremefacta minis affat asella Sessorem per verba suũ linguaqz rudenti edidit humanas animal pecuale loqlas: dicis caracter anime ĩheret: g̃ nõ est nobis signũ sufficienter oñdens xp̃ianũ a nõ xp̃iano. respondetur constabit in p̃ria habem⁹ signũ sufficiẽs nunc nobis moraliter cõstat q̃ sunt baptisati potes facere argumentũ de phitonissis que dicuntur auferre aliquos infantes baptisaros et ponere deteriores in loco eorum sicut homines resicare solent/sed quicquid sit de casu illo non est contra conclusionem si non est certitudo an talis esset baptisatus potest conditionaliter baptizari. potest esse argumentũ de vno paruulo occiso propter christum an talis resuscitatus tenetur ad baptisma flumis et constat q sic propter preceptum commune de batismo flumis q̃ talis sit lotus ab originali culpa qz sic erat de apostolis. Ps contra: presbiter baptisans aliquem orat pro illo ille est martir modo iuriã facit martiri qui pro eo orat vt patet extra de celebratiõe missa. cũ marthe paragrafo tertio loco / sed hic potest dici q hoc intelligitur de illo qui finaliter discedit martyr hoc est sic moritur nec resuscitatur/sed ponamus duos simul proferentes ego te baptiso si nullus alius te baptiset: queritur an titi⁹ est baptisat⁹ ab altero tãtum et rationem assigna/si ab altero. cõtra: non est intentio sua baptisare titiũ nisi ea lege q null⁹ alius eum baptiset sed alius eũ baptisat si baptisetur cũ pilis est ratio q is ab vtrouis baptisetur. Si dicas neuter baptisat. ¶ Contra: tunc si vnus non baptisat puta sortes alter plato intendat titiũ baptisare si a nullo alio baptisatur: sed titius nõ baptisatur a sorte per te: ergo baptisatur a platone: rursus si plato solus illam orationem protulisset titius fuisset baptisatus: ergo sophisma sortis in illo casu nõ debet impedire titium qui est baptisatus opinor neuter baptisat est repugnantia ex parte intensionis et forme. secus est quando vnus solus profert illam orationem vbi nulla est recalcitratio in oppositum baptismi. Si ponas monstrum ex tauro et homine sicut de minotauro ꝛgali⁹ recitat sexto eneidos. mixtũqz genus, plesqz biformis minotaur⁹ iest. loquẽs de labirintho dedali. Respondetur sunt fictiones poetaꝝ: sed quando ita in vsu esset pars ea que homo appareret baptisetur altera relicta. Si ponas q deus creet vnum hominem nũc qui non descendit ab adam an necesse est talem baptisare/casꝰ est preter legem nõ est necesse talem baptisare vt mũdetur ab originali cũ in eo non concipiatur/sed pro



consequenda gratia et impletione precepti dei talis debet baptisari. Forte dicis contra illam conditionalem baptisationem q̃ simile in aliis reflexiuis si sortes diceret plato dicit falsum et cõtra idẽ plato de sorte assereret non est necesse dicere vtrunqz proferre falsum: sed vnum/licet ratio videatur eq̃ ergo idẽ erit in proposito. Respondetur quicquid sit assumptum est falsum vterqz dicit falsum et est falsificatio mutua sic hic in proposito ac si diceret ego te baptiso si non baptiso i nomine patris ꝛ filii et spiritussancti. Secundo licet in illis insolubilib⁹ homo potest tergiuersari per obligationes hoc nõ est pro materia quam tractamus neuter habet intẽsionem baptisandi. ps ex circunstantia casus ꝛ hoc si intendat fm prolationem verborum ꝛ licet alter non baptisat et alius intendit baptisare si null⁹ ali⁹ baptisat hoc non sufficit cũ equalis sit ratio alteri⁹ vtrius ac si duo sit, pferrent ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritussancti/ego te baptiso si nullus alius te baptisat prior baptisat non secund⁹ patet ex dictis.

¶ Distinctionis sexte questio secunda

Notandũ

Vltimo circa hoc sacramentum queritur an cathecismus et exorcismus sint necessarii ad baptismum. Pro solutione nota q isti termini sunt greci cathecismus idem est q̃ instructio/debet primo instrui anteq̃ baptisetur et hoc in adultis marci vltimo. Ite docete omnes gentes baptisantes eas. ꝛc. premisit salutor docete ad insinuandũ q̃ baptismum precedat fidei instructio. patet de cõsecratiõe. d. iiij. ante baptismuz. exorcism⁹ adiuratio dicitur exorciste sunt qui super energuminos vel cathecumẽos id est super eos qui habent spm̃ ũmũdum inuocant nomen dñi. paruuli prius exorcisantur añq̃ cathecisentur vt non impediantur per demonium anteq̃ instruantur. ¶ Istis notatis ponuntur due conclusiones.

Prima ? clusio.

Secunda cõclusio.

Prima est negatiua. ps ex premissis sufficit intentio baptisantis aqua et verba quo ad paruulũ non regeneratum et consensus in adulto. Secunda conclusio cathecismus et exorcismus sunt de sollẽnitate et honestate ecclesie et peccat illa emittens fm cõsuetudinem sue ecclesie nisi sit in periculo q̃ moriatur ante baptismi finẽ: prior pars patet ex notabilibus: secunda pars qz tota conclusio est exceptiua et excipit casum necessitatis: qz paruulus propter sollemnitatem non est exponẽdus periculo dãnationis eterne. ¶ Contra secundam conclusionẽ arguitur probando q̃ paruulus non debet cathecisari. paruulus nichil intelligit. ergo illa instructio est ei inutilis. Forte negas consequentiam: qz patrini pro eo respondent quãdo presbiter petit credis. patrinus respõdit credo. ¶ Contra/patrinus respondit pro ipsomet: quod probo: qz si pro alio falsum dicit et mentitur: bene scit patrinus q̃ paruulus non credit. Preterea q̃ hoc q̃ paruulus esset postea hereticus videtur q̃ patrinus peccaret et puniri debet: et si sic paucos reperies patrinos. ¶ Secũdo arguitur q̃ exorcismus nichil valet vel illa verba

Contra secundã cõclusionem arguitur.

Scdo ar. ꝑ. iij. ꝓcl.

naturaliter effugãt spiritus imundos vel ex pacto diuino sed neutrum dabis: ergo exorcismus est inutilis. Respondetur sicut arguendo dictum est cõ Risio. sequentia est nulla patrini loco paruuloꝝ respõdet et nego q̃ falsum dicãt. primo. credo tantum valet sicut fidem habere incipio vel religionẽ xp̃ianã ingredior. hoc patet de ꝓsecratiõe. d. iiij. nichil aliud est credere q̃ fidem habere. Secũdo dicitur q̃ ibi est pertrãscassio temporis pro tempore. credo pro tempore quo alter est adult⁹ vel tempore quo putatur esse adultus. Tertio dicitur possumus vti tẽpore presenti pro. xx. annis et sic illa est vera et esto q̃ cras paruulus moriatur non impedit qui patrinus non mentitur cuius propositionem falsam dicat que est ipertinens ad mentiri. Ad aliud nego cõsequentiam vnde pono propositiones. Prima est non propterea q̃ paruulus efficitur postea heretic⁹ peccat patrinus: pbatur nemo peccat pro delicto alterius cũ quo nullo modo cõicat in illo et hoc est clarum si patrinus faciat paruulum erudiri in articulo fidei. Secũda propositio nõ obstat esto q̃ patrin⁹ paruulũ nullo modo i articulis fidei edoceat. hoc patet: debet presumere postq̃ paruulus est cũ fidelibus parentibus vbi non constat ei de opposito q̃ est sufficienter eruditus i necessariis ad salutẽ vbi non constat ei de oppsito/qz si de illo dubitaret dubitatione verisili non esset patrinus excusat⁹ qui non doceret paruulum in illis mediate vel imediate: et citius ad eum pertinet casus eruditionis q̃ ad alios xp̃ianos nec illud est preter rationem sicut puulus potest consequi salutem ex fide aliena et sacramento sic congruũ est q̃ obligetur ad ea q̃ sunt fidei obligatione aliena: et illa non est tota causa vt inferius dicetur de adult⁹ ostẽdum est esse cathecismum ante baptismum ex verbis xp̃i: Ite docete omnes gentes puta cõia et principia in fide/et hoc patet actuum. viij. cũ eunuchus cãdacis regine dicebat. Quis me prohibet baptisari. respondit philippus. si credis ex toto corde licet. at alter credo filium dei iesum esse christum/exorcismus est rationabilis vt i gñatione spũali ip⁹ remoueat dispositio bap^m repugnãs q̃ gñatio spũalis introducat sicut ignis hũiditatẽ remouet a ligno añq̃ formã introducat et ortolanus vepres ꝛ vrticas ab orto expellit añq̃ iserit herbas. et si dicas prius ds remoueri causa q̃ effect⁹/sed pctiõ p̃mo q̃ parẽtũ est causa q̃re demõ in hominib⁹ hz potestatẽ: ergo sortes est pri⁹ baptisandus q̃ exorcisandus. maior est falsa vniuersaliter si effectus augmentat causam vel eam manu tenet. Tertia propositio/licet requirat actus voluntatis, pprius illius qui vouit voto proprie dicto non tamen requritur in baptismo. p̃ma pars in materia de voto et. d. xxxviij. patebit/idẽ etiam requiritur in matrimonio: secus est in baptismo in quo non est proprie votum cũ sit de necessitate salutis anteq̃ acceptetur. Secunda pars patet ex premissis hoc non obstante ecclesia cogit legitime talem paruulũ q̃q̃ actualiter nunq̃ postea credat ad seruanda ea que fidei sunt et nõ cogit pu

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum infidelem: ratio est vnus est fidelis vel erat per fidem infusam alter non. Item quando non poneretur fides infusa qz vnus est de familia christi alter vero non et fm apostoli sentētiam ad romanos. v. quid ad me de his que foris sunt nec paruulus incōmodū postea iportat ex ħ et pure ifidelis ꝓmodū sed cīno opposito modo q̄ēadmodū si essent duo discoli cogitur vnus per preceptorem ad seruandā regulam bonam alter habet laxatas habenas alter vagatur et nullum preceptum habet. Ad secundū argumentum vbi petis an naturaliter effugat demones vel ad placitum/dico ex pacto diuino. Et si dicas dauid p̄mi regū. xvj. auferebat demonium a saule per pulsum cithare et fum⁹ iecoris piscis extercat omne genus demoniorū Thobie. vj. et. iiij. regum sexto. heliseus fecit adduci psalcē vt prophetaret. ¶ Respondetur q dauid dulciter personuit/q̄ mīn⁹ saul apprehendebat vexationem propter voluptatem in melodia acceptā plurib⁹ intentis minor est ad singula sensus minus cruciatur laborans morbo ꝓpter tactum in cimbalis benesonantibus: licet idē morbus intrīsece maneat apprehensio actualis intensa vel remissa vel aduertentia ad aliud delectabīe partē pene magnā dissoluit. poterat etiā dauid per preces et deuotionē in cithara mereri ne saul puniretur vel tantū sicut antea. de fumo iecoꝛ li°. thobie hoc est ex deo volente deuotio heliseī accendebatur per psalcem vt dignus esset prophetiā recipere/et iam tempus equū fumantia soluere colla circa hoc sacramentum.

¶ Distinctionis septime questio vnica.

Circa hanc distinctionem septimam/queritur questio vnica: an confirmatio sit sacramentum iterabile. Pro solutione Mota q

Notandū confirmatio hic non capitur pro cōstanti firmitate in bono quēadmodum dicim⁹ sancti in patria sunt confirmati/sed quomodo capitur patebit ex diffinitione eius institutionis/ congruitas ex hoc pz nā sicut in vita naturali vltra gīationē p quā vita acq̄ritur/requiritur alia actio p quam homo ad perfectam q̄titatem pducitur sic preter spiritualem generationem q̄ fit in baptismo per quam vita acquiritur/requiritur alia actio sacramentalis per quam vita spiritualis ad perfectam veritatem deducitur hoc fit per confirmationem in qua spiritus sanctus datur ad perfectum robur fm illud de consecratione. d. v. omīes fideles p manus impōnez eꝑoꝝ. ff. accipere debent vt pleni xp̄iani efficiantur: insuper ad actum qui habet specialem difficultatem opus est speciali adiutorio. Sed ꝓter difficultatem q̄ est in credendo est specialis difficultas confiteri fidem tempore persequutionis fides sola non sufficit coram seuiente tiranno Sed ne i vmbra transeamus restat querere que res est cōfirmatio et qz ponētes relationes rationis et reales distinguia rebus absolutis habēt suum modū dicendi et nominales nō intelligētes sua principia dicunt q̄ est res transiens sic procedendū est sicut in baptismo. ¶ Confirmatio est vnctio vel ergo vnctio ibidem supponit ꝓ oleo et balsamo simul cōnotando verba et intentionem vel ꝓ verbis et balsamo vel ꝓ his omnib⁹ vnū dandum est. et iuxta illa q̄ dixi i de baptismo dicitur q̄ est oleum et balsamum et sic diffinitur. Confirmatio est crisma sanctificatum positum in fronte signo crucis ab episcopo vtente forma debita et intentionem habente quod ecclesia intendit respectu regenerati si vsus fuisset ratione semel consentientis et non postea dissentientis vel nunc̄ rationem habentis/vel sic et meli⁹ intendo breuitati in diffinitionibus. Confirmatio est/crisma sanctificatum in quo episcopus inungit regeneratum in frōte ad cuius imitationē deus dat robur accipienti sustinere in publico fidem/non curo an hec diffinitio conuertatur cū diffinito ꝓ omni tēpore: ponitur crisma non genus sed loco generis vt videatur que res est confirmatio. relique particule sunt dīe accidentarie deus dat robur talis tamen roborat⁹ ex secoꝛ dia potest succūbere sed citius confirmatus potest resistere q̄ non confirmatus qz auxiliū habet. ponitur sanctificatū/maīa que habet specialē ministrū est benedicta vt hic in ordine in extrema vnctione et penitentia. materia in sacramento eucharistie est benedicta ob contentum hoc non requiritur in baptismo et matrimonio vbi laici et p̄sbiteri sunt ministri: illud sacramentum est de precepto quādo homo est in periculo persequutionis et potest haberi minister cum effectus est necessarius puta confiteri fidem in publico et ad hoc opitulatur confirmatio igitur: et hoc si illi consiterit. Possunt fieri sim⁹ les rationes contra hanc materiam sicut contra baptismum et petunt easdem solutiones propterea iane est recensere. Forma huius sacramenti est signo vel consigno te signo sancte crucis In nomine patris et filii et spīritussancti amē/tales sunt concedende. Sacramentum confirmationis fuit in pīxide episcopi/ponderat vnam libzā: sacramentum confirmationis creuit in orto nec hoc est magis absonū q̄ illud concedere in fundamento illius relationis/confirmatio est res permanēs tamen nō ita diu manet confirmatio sicut crisma: patet/qz illud crisma non est confirmatio nisi tēpore prolationis verboꝝ vt ante dictum est de baptismo/qz deficiente connotatione termini positiui deficit ei⁹ suppositio mediāte copula de p̄sēti sicut scribēs supponit pro homine sed nō semper. Illa materia crismatis est bona et congrua/qz cōfirmatus debet habere munditiam caritatem et bonam famam vt bīi roborꝛetur in fide. Oleum est liquoꝛ multum leuis z ascendit/testes sunt pauperes studentes parisii q̄ cōsumpto oleo in lampade quando ferme candela extinguitur imponūt aquā vt oleū supernatet et copiosum lumen habēt iuxta parabolam math. xxv. prudentes virgines acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus: balsamus est boni odoris sic confirmatus bone fame debet esse et non fetere vitiis in oculis alioꝝ iuxta illud. ij. corinthi. ij. xp̄i bonus odoꝛ sumus et sicut pugiles iungūtur vt facili⁹ resistant inimico sic confirmandi crisma imponitur in



fronte vt ab accipiente fides christi predicetur sine erubescentia de consecratione. d. v. nouissime. et capio predicari ꝓ tueri quod feīs sicut ꝓlatis iuxta capacitatem conuenit confirmantur licet fm doctrinaz apostoli. j. ad thimoth. iij. non debent docere in publico. Triplex erat status eoꝝ qui ingrediebantur terram promissionis scz insipientiū proficiētium et perfectoꝝ vel ingredientiū pugnantium et in tabernaculo ministrantium totus populus egrediebatur egiptū et intrauit terram promissionis sic quilibet baptisatus egiptum deserit et in familiam xp̄i ingreditur in confirmatione est miles xp̄i ad confitendum nomē christi sicut fortiores in populo dei pugnabant ꝓ aliis leuite intrabāt tabernaculum et habebant specialem cultum dei et ad hoc erant deputati quibus sacerdotes succedūt. q̄ robur detur viro in confirmatione: patet: dat gratia confirmatiōnis que iuuat ad resistendum vitiis et ad exeundū in actus bonos in signum cuius quādo quis est confirmatus sustinetur in brachiis alterius ad significandum eum esse imbecillē añq̄ arma acquirat. Si dicas īcassum quis armatur añq̄ in bellū prodeat vt est de paruulo: dicitur hoc est verum in bello coꝛporali in spirituali non oportet etiā si talis animam post cōfirmationem efflauerit magis beatificabīt ꝓportionabiliter ad gratiā confirmationis: gratia cōfirmationis et baptismi sunt eiusdē speciei et se intendūt et reddūt habentē gratiozem intensiue et dato(q̄ non credo) moꝛe alioꝝ hee gratie distinguātur talis maiozem beatitatem habebit ꝓpter maiozem gratiam extensiue.

Prima ꝯclusio. ¶ Istis notatis ponuntur due conclusiones. Prima est: confirmatio est sacramentū noue legis a ceteris sacramentis distinctum/ q̄ sit sacramentum patet auctoritate melchiadis pape de consecratione. d. v. hiis/scito inquit his spaniaꝝ epīs vtrunq̄ baptismum et confirmationem magnum esse sacramentum: illud ꝓbatur ratione qz est signū sensibile gratiam dei cc. ergo est sacramentū a diffinitione ad diffinitum: quod conferat gratiam patet superius ex auctoritatibus. et inferius tangetur. q̄ distinguatur ab aliis loquendo de distinctione arguitiua: patet/habet aliam materiā vel est alia materia īidem redit: saltem est alia forma et materia copulati hoc ponitur ꝓpter extremam vnctionem que oleo vtitur: sed signatio crucis in fronte non abs re ponitur homo relinquit fidem ꝓpter timoꝛem et verecundiam que in fronte a posteriori maxime relucent cum verecundia est timoꝛ inglorīationis. natura pellit sanguinem ad exteriora oblata materia verecundie ne omnino tabescat sic tempore timoris caloꝛ facīe et partes superficiales deserit ꝓ pseruanda natura petit palliditas in aliquibus est signum timoris vt quando caloꝛ petit ventrem et partes inferioꝛes: q̄ ita fit patet/qz interdum dissoluitur venter vsq̄ ad emissionem superflui scōe digestionis nōnūq̄ ꝑme/ patet in meticulosis iuuenib⁹ cessis dū caloꝛ coꝛ et partes illas petat homo efficīt animosioꝛ accenditur ira et dat alimentū fortitudini/sed quicq̄d sit est magna mutatio in fronte et in facie tempoꝛe verecundie et timoris ꝓpterea facies alteratur hinc est signatura in fronte/ ad aliuz finem imediatū ordinatur q̄ extrema vnctio et datur. habet aliam formā loquendo de forma impropīe dicta/igitur. Secunda conclusio/confirmatio non est iterabilis: ꝓbatur a posteriori imprimit caracterem ex questione precedēte: ergo non est iterabilis/illa ꝓbatio sufficit theologo: illud idem patet auctoritate consilii terraconensis de cōsecratione. d. v. dictum est z ca. sequenti. ¶ Contra primam conclusionem arguitur: omne sacramentum est a xp̄o institutum/confirmatio non est a xp̄o instituta: igitur non est sacramentum consequentia tenet i baroco et maioꝛ patet/ ille solus debet instituere sacramentum qui potest dare effectuz signatum sacramenti scz gratiam/talis est solus deus igitur: minoꝛ patet/qz non legitur vbi christus instituerit. Et confirmatur/omne sacramētum debet conferri a ministro debito/sed null⁹ est minister huius sacramenti igitur: minoꝛ patet/quia vel est solus epūs et hoc non de cōsecratione. d. v. peruenit. z est gregorii ad ianuariū epm vt magister recitat in littera vbi gregoꝛius scribit. peruenit ad nos quosdam scandalisatos eo q̄ p̄sbiteros tangere crismate eos qui baptisati sunt prohibuimus/et sequitur si oīno de hac re aliqui contristentur vbi episcopi desunt vt p̄sbiteri etiā in frontibus baptisatos crismate tangere debeant concedimus. ¶ Respondetur: nego minoꝛem esto q̄ non legatur locus punctualis in quo imponitur hoc sacramentum et causa est historie non producte sunt vsq̄ ad moꝛtem apostoloꝝ: sed vsq̄ ad quintū annum neronis qui erat tricesimus a passione christi et verisimile est post hierusalem euersam. xl. ij. annis post passionem erant apostoli et diu post iohannes qui erat de iunioꝛibus in passione vixit. xcix. annos petrus et paulus anno. xxxvij. post passionem christi occisi sunt et sic non legitur passus scripture vbi īstituebatur confirmatio sed apostoli non imposuissent illud nisi habuissent a christo. romana ecclesia tenuit fidem quam beatus petrus docuit. pz in. C. de summa trīn. l. j. petrus romanis fidē docuit Sed forte dicis fides infusa et acquisita sufficīēter inclinant hominem ad confitendum fidem et in oculto et in apto: ergo ianis est cōfirmatio. Nego cōsequentiam et antecedens: consequentiam qz facilius homo fidem tuetur vallatus multis adiumentis q̄ paucis. antecedēs. habitus fidei inclinant in actus assentiendi imediate modo stat quēpiam assentire actu vni credibili z tamen ipsum ob pūtiam cruciatuū oꝛe exp̄esse negare et sic confiteri fidem exterius nec est actus elicit⁹ nec impatus a fide sed ab actu voluntatis potius adiuuante confirmatione fm illō romanoꝝ. x. coꝛde creditur ad iusticiam oꝛe fit confessio ad salutem hoc est deo adiuuante specialiter non ponitur hic habitus infusus sicut i baptismo de fide/ nec est opus dicere caracterem cōfirmationis esse actiuū pl⁹ q̄ in baptismo ad as-

Secūda cō clusio.

Cōtra p̄ mā cōclusionē ar.

Respōsio ad argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sensum ex pacto diuino de⁹ tñ ꝓpozti onabl'r iuuat sicut fides ifusa facit i bap^mo. Ad aliud argumētū negat minoz/sed sup h° sūt opiniões vt appat⁹tāgit i plerisq locis vt de cōsecratiōe.d.iiij.presbiteris.videur q gregoz⁹ illud ꝓmisit dissimulādo ad euitādū scādalū illud dicit glosa extra de sacra vnctione/cum venisset.aliqui hoc impugnant dicentes hoc esse ꝓeter ration.m q beatus gregoz⁹ sic dissimulasset. Alius est mod⁹ dicēdi q omnes presbiteri possunt illud sacramentū conferre et episcopi sunt soluz instituti a iure humano super presbiteros et non a deo:hoc patet.xcv. dist. olim .et ca.sequēti et intitulatur hieronio super titū dicēs: olim q̄dam presbiter q̄ r episcopus ante q̄ diabolico instinctu scismata in religione fierent et diceretur in populis ego sum pauli ego autem apolo et sequit sicut presbiteri sciunt se ex consuetudine ecclesie ei q̄ sibi ꝓpositus fuerit etiā subiectos/ita episcopi nouerunt se magis ex consuetudine q̄ dispensationis dñice veritatem esse maiozes presbiteris et in cōmuni debere ecclesiam regere vide distinc.xciij. legim⁹. Sed circa hanc materiā suppono ꝓ nūc petrum impositum a deo caput ecclesie et apostolos episcopos et q in eozum locis succedūt episcopi loco discipulozum.lxxij.presbiteri.ista suppositio patet.xxj.d.in nouo testamento et est anacleti qui erat quintus a beato petro et hoc satis mouet quia a petro lino cleto et clemente illud accipere poterat circa principium capituli dicit ceteri vero apostoli cum eodem consortio honozem et potestatem acceperunt ipsumq principem eozum esse voluerunt qui etiā iubente domino i toto orbe terrarum dispersi euangelium predicauerunt ipsis quoq discedentibus i loco eoz surrexerūt episcopi/isto supposito Arguitur sic. sp a principio post passionem episcopi erant maiozis auctozitatis q̄ pbiteri simplices et tūc arguitur vel licuit vnq̄ pbiteris confirmare vel non si fm papa nō potest dare eis illud deo non dante/si sic:ergo non est facienda difficultas qui quilibet presbiter potest confirmare [illegible] facultate licet peccaret.sicut degradatus vel suspensus consecrat corpus domini licet male agat consecrando/et q̄uis sint multi confractus in hac parte adhereo illi pti q nullus nō episcopus potest confirmare.philippus: actuz.viij.baptisauit in samaria:sed missum est ꝓ apostolozum aliquo ad confirmandū dicente beato luca cum autē audissent apostoli qui erant hierosolimis quia recepisset samaria verbum dei miserunt ad eos petrum et iohannem et etiā non valet dicere philippus erat solum diaconus cum multi alii erant sacerdotes. Nec vz dicere discipuli et sacerdotes simplices differebant apostolis cum omnes studuerūt ampliare cultū diuinum et facere act⁹ quos potuerūt illud tenet magister in littera et melchiades papa hoc scripsit episcopis hispaniaz de consecra.d.v.ca.de hiis.et in ca.manus.sic inquit manus quoq impositionis sacramentum magna veneratione tenēdum est q ab aliis pfici non potest nisi summis sacerdotibus nec a tempore apostolozum ab aliis q̄ ab ipsis apostolis legitur aut scitur pactū esse nā si aliter ꝓsumptum fuerit irritum habeatur et vacuum et inter ecclesiastica nunq̄ reputabitur sacramenta.hoc patet per innocentiū.iij.de consuetudine.c.q̄sto.et de sacra. bucci.cum venisset.non valet dicere presbiteri auctozitate grego. hoc fecerunt et non ꝓpria eodē modo diceres laycus potest consecrare auctozitate sacerdotis precipientis tota difficultas que mouet viros in oppositū est factum grego.ad ianuarium:et dicatur q tollerauit ꝓ scandalo vitādo ad tempus si nichil solutione dignum ad hoc reperiatur/quare habes hoc ꝓ maiozi inconuenienti q̄ i illo facto deliquit q̄ petr⁹.ad galathas.ij.vel multi alii sancti quos facile est in medium citare ex veteri et nouo testamento aliquibus visum est poterat illos sacerdotes facere episcopos in eozum absentia et si sic/saluatur grego.peccati expers et ante recitata nec sequitur/sacerdos potest consecrare corpus domini quod est maius:ergo confirmare: hoc nō tenet nisi quando min⁹ includitur i maiozi.homo potest ratiocinare nō autem volare. Et ꝯgruentia est q episcopus potest confirmare et non sacerdos simplex ad supremū in aliquo statu ptinet ordinare de illis qui in aliquo gradu prestāt cōi populo princeps exercitus de centurionibus et decurionibus ordinat confirmatus ordinatur i militiam ad defendendā fidem et episcopus est princeps militie sub impatoze igitur. Si dicas pontifex artat et ampliat materiam in matrimonio:ergo et hic q ꝓpter facultatem pōtificis maximi simplex sacerdos cōfirmat sicut cōmissione nichil facit/eodē modo dicet tibi potest facere papa ne sit consecratio in vino albo sed erit i rubeo de illo q̄ tangitur in matrimonio alius erit sermo. Nunc respondetur ad illud.xcv.d.cum olim.et cap.sequenti q̄ beato hieronimo intitulatur omnes in primitiua ecclesia episcopi vocabantur/sed istoz aliqui erant huius auctozitatis sicuc sunt nunc episcopi sed non habuerunt nomē speciale ab aliis presbiteris postea ꝓpter scismata ceperunt illi presbiteri qui auctozitatem super ceteros habebāt volentib⁹ etiā aliis vocari episcopi/et sic a iure humano talis modus vocandi introductus est et sic episcopi inceperunt esse maiozis grauitatis sup reliquos presbiteros quā antea:idem patet de sūmo pontifice q̄ in principio nascentis ecclie non vocabatur papa sed ex consuetudine hominū hoc introductum est non tamen est maiozis auctozitatis q̄ a principio. hoc patet auctozitate eiusdē hieronimi super epistolam ad galathas et recitatur.ij.questi.vij.paulus petrum reprehendit q non auderet nisi se non imparē sciret.hoc non de officio ecclesiastice dignitatis sed de puritate vite et sanctitate conuersationis intelligitur solus enim petrus inter apostolos primatum gerebat et ca.sequenti et est augusti.ad hieronimum q̄q̄ fm vocabula que vsus obtinuit episcopatus sit presbitero maioz augustinus hieronimo minoz est. glo.exponit vita et sanctitate et sic



consuetudo et homines fecerunt q episcopi maiores erant nomine distincto cum omnes antea nomine communi episcopi appellabantur non tamen re. Sed adhuc arguitur .platina in vitis summorum pontificum dicit q siluester instituit q soli episcopi confirmarent:r tamen ipse erat anno domini tricentesimo trigesimo nono .ergo ante hoc licuit aliis presbiteris confirmare: illud non cogit/quia non fuit beatus siluester primus institutoz institutionum illarum que recitat platia.sed voluit imposita seruari/instituit q vnius viri esset vna vxoz: et tamen oppositum nunq̄ erat nisi ex dispensatione tamen sctis patribus illud claret quia melchiades papa eum precessit. Ex omnibus patet q confirmatio est sacramentum noue legis magnam gratiam conferens et vt apparet a solis episcopis dabile q magnam gratiam conferat .de consecratione distinctione quinta. nouissime. in secunda quoq vt eiusdem spiritussancti septiformis gratia cuz omni plenitudine sanctitatis et scientie et virtutis venire in hominem declaretur. Secundo sequitur q parentes debent procurare q q̄ primo possunt eozum paruuli confirmentur. patet: procurant paruulis magnam gratiam ex operis operati virtute. Tertio sequitur q episcopi debent esse vigilantes ad hoc q visitent suos dioceses ad hoc q confirmentur et hoc negligentes peccant: multi paruuli discedunt post baptismum sine confirmatione que ex eozum negligentia magna gratia priuātur: et ex consequenti gloria. vbi esset episcopus paratus cōfirmare et adultus non impedimus nolit adire videtur contemptoz confirmationis. sed an confirmatio sit maioz baptismo vel ne tangitur a melchiade papa.et recitatur de consecratione distinctione.v. de hiis.quo ad venerationem est maioz quia a solis sacerdotibus datur:sed baptismus est necessarius non autem confirmatio: qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit.marci vltio .et sic confirmatio est maioz scōm quid baptismo/non autē simpliciter quemadmodum petrus indoxum est albioz secundum dentes q̄ absalon vel pitagoras r tamen non est albioz/loquoz ac si essent.baptism⁹ magnas prerogatiuas habz potest suscipi sine aliis nō alia sine ipso.p̄ma questione p̄ma. si quis per ignorantiam. Item est fundamentum et ianua aliozum sacramentozū.de consecra.distin.quinta. cū itaq. circa finem capituli/an plus gratie detur in baptismo q̄ in confirmatione virtute operis operati: nō est michi vsq̄quaq explozatum sed bona est apparentia q sic:an bis scienter transiens ad confirmationem vel confirmans incurrat penam canonicā canoniste tenent cōmuniter q sic:quia incurrit q̄s penam vt dictum est qui scienter accipit vel dat baptismum iterando et illud prohibetur.similiter de ꝯsecratione distinctione quinta. dictum est nobis. ergo per locum a simili tunc incurrit penam canonicam.aliqui dicunt hoc esse falsum et nullam penam canonicam incurrit talis r causa cum pene restringende sunt et non ampliande: et non habetur passus vbi aliquis incurrit talem penam.argumentum a simili non habet pedes episcopo non imponebatur pena canonica nec eis: quia seruire deo non est pena/illud placet multis sed dubium nō sic extinguitur bene volo q glosatozes non possunt q eozum expositionem infligere illas penas sicut ipsi dicunt sed romanus pontifex: sed ponderando illum textum dictum est nobis ex consilio tragonesi capitulo sexto. videtur idem sentire de vtroq et pono totum caput quia ipsum est breue.dictum est nobis q quidam de plebe bis vel ter vel eo amplius episcopis ignozantibus cum ab eisdem episcopis confirmentur bene visuz est nobis eandem cōfirmationem sicut nec baptism⁹ iterari minime debere quia bis vel ter vel amplius baptisatos aut cōfirmatos non seculo sed soli deo sub habitu regulari vel clericali religiosissime famulari decretum est:videtur q illud capitulum vult dicere q vtriq debent relinquere seculum et stare in cenobio siue sint professi siue non et pari passu vtrumq comparat.ex isto passu potest quis dicere q rebaptisatus non incurrit penam sed reconfirmatus nisi idem de vtroq intelligas nō respicio ad glosam sz considero quadraturam textus est apparentia q tales rebaptisati et confirmati debent viuere in religione. Illud patet extra de apostatis et reiterantibus baptismum ex litterarum q ad superiozes ozdines si publicatum sit promoueri nō debet nisi ad religionem transire voluerit vt fauoze religionis ipsius circa eum valeat dispensari. Illud capitulum de consecratione distinctione quinta dictum est.idem vult et cum eis in religione potest dispensari imponebatur episcopo pena: quia hoc erat episcopo ignozante.vt patet ex principio capituli: Et quando vlterius dicunt non imponebatur eis pena nisi deo inseruire r hoc nō est pena quia ꝓ baptismo idem sit. Preterea q̄ dicitur de cōsecratione distinctione quinta. vt ieiunii. ad confirmationē veniant perfecte etatis vt moueantur confessionē ꝓius facere hoc est de bene esse et nōn de essentia sacramenti confirmationis.etiam si sint tot q episcopus non potest confirmare ante meridiem: vel venit post meridiem et non potest diu stare non est opus vt ieiunj cōfirmentur: nec per hoc q̄ dicitur perfecte etatis excluduntur paruuli imo satius est q immediate post baptismum confirmentur sic faciunt episcopi quando baptisant nec plus periculi est si pueri obliuiscantur se esse confirmatos plus q̄ in baptismo quia possunt informari a parentibus et aliis. Sed cum locuti sumus de episcopatu apostoloz quando erant instituti est difficultas cuius non est hic locus seriose insistere quocirca transeunt loquendo partite sunt positiones. Aliquibus tenentibus q petrus et alii sancti sunt episcopi ante christi mortem. Alii vero quia toto tempore quo christus erat visibiliter in terris non erat opus alio pastoze:sed postq̄ ascensurus erat petrum episcopum et caput ecclesie ordinauit illud sentire videtur beatus hieronimus. mathei vicesimo sexto.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tu es petrus ꝙ potestas fuit promissa non in presenti data. hoc etiam patet. quinquage⁹. d. fideliores. et considerandum. et extra de electio. significasti. Et si dicas actuum primo. Et psalmo. cviij. Judas factus est episcopus episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc respondetur non est certum ꝙ iudas se suspendit ante mortez christi commestor in historia scolastica multas opiniones ad hoc introducit quarum vna est quando audiuit loqui de resurrectiõe christi se occidit sed beatus augustinus in questionibus noui testamenti satis dubitat postꝫ disputat de tempore occisionis iude dicit est improbabile ei quando se occidit. Sedulius dicit cuz christus duceretur in domum pilati iudas se interemit inquiens. Mox igitur dominũ pilati ad menia duci Nexibus astrictum iudas vt vidit iniquus diriguit scelcris ꝙ sui commertia reddens: et paulopost: infelicem animam laqueo suspendit ab alto. Sed quicquid sit non est verisimile ꝙ christus eum episcopum post resurrectionem ordinauerit: propterea ad illas auctoritates dicitur ꝙ itelligũt apostolatum eius episcopatus tantum valet sicut apostolatus: etiã dictum est presbiteri in primitiua ecclesia episcopi dicebantur. alie auctoritates sonãtes ꝙ factus est episcopus ante mortem christi intelliguntur ꝙ fuit ei promissio facta ante mortem christi si non fuisset error ex parte ipsius.

## ¶ Sequitur de sacramento eucharistie.

Queritur circa hāc distī. decimā an corpꝰ christi natū de virgine sit in eucharistia. In titulo questionis additur natū de virgine propter hereticos qui concedentes panē esse in eucharistia Concederent corpꝰ christi esse in eucharistia.panis est substantia christi et corpus christi sicut dīū est terra et plenitudo eius. Bifariā aliquid dicitur ēsse in loco circunscriptiue quando vna pars est in vna parte z alia in alia totaliter hoc modo mare tyberiadis est in iudea. Altomodo diffinitiue quando totū est in toto loco et totū in qualibet parte loci : vt angelus in suo loco est. Non insisto an scientia potest diuidi in octo ptes et poni in variis partibus lapidis quomodo esset in loco:non capio diffinitiue esse in loco vt tantū valet sicut esse hic et nō esse alibi:vt alexander et multi alii sequentes reales faciunt . supponamus sic acceptionem terminoz nec egemus difficultatibus extrinsecis an si vna medietas huius ligni esset circunscriptiue in loco et alie diffinitiue. Duo sunt hic potissimum tangenda. vnum q̄ corpus xp̄i est in hoc sacramento . secūdum de modo existendi/primū est clarum ex fide. mathei vlt. ego vobiscum sum vsq̄ ad cōsummationem seculi non intelligitur hoc secundum eius diuinitatem illam non oportuit promittere cum sic est vbiq̄ /itel ligitur de humanitate eius non in propria specie vt incedebat in terris.secundū illud mathei.xxvj. nā pauperes vobiscum semper habetis me autem nō semper habebitis/oppositum erat errore iohannis viclef.saltem ei imponitur. Item prime cozinth.x. panem quem frangimus nonne participatio corporis dñi hoc non potest esse nisi corpus christi realiter sit in hoc sacramento. patet de sum.trinitate et fide catholi.capl'o. Firmiter.§.vna.opposituz erat heresis berēgarii.de consecra.distin.scōa.cap.ego berengarius.nec valet dicere figuratiue:q̄ circunstantia scripturarū illuminat intellectū . dicitur ꝫ ē corpus meū quod provobis tradet.math.xxvj.cōstat q̄ ibi loquebatur de proprio corpore. Si dicas caro non prodest quicq̄.iohan.vj.nichil est hic qō non prosit igitur:hoc est verum qui carnaliter intelligit q̄ caro xp̄i manducatur sicut alia caro cōmunis que in macello venditur. de modo quo corpus xp̄i est in eucharistia non est facile explicare cū nō illustratus fide stuperet quomodo corpꝰ christi eq̄liter magnū cum corpore iacobi alphei sit sub parua hostia et qualiter eius parte. Unde hic sunt varii modi dicendi ad hoc saluandū. vnus est modꝰ q̄ est ordo partium in ordine ad totū sed non in ordine ad hostiam ita q̄ caput cōtinuatur collo z collū humeris et pectori et pedes distant:sed non ē ordo partium in ordine ad eucharistiam:sed quelibet pars est sub qualibet parte eucharistie. Hunc modum dicit aliacensis esse ade et subtilē et ei non intelligibilē:sed hic modus est cōis apō antiquos sapientes in theologia.doctor subtilis illuz modū tenet.ricardus de media villa.alexāder de halles.altissiodorēsis:et ante eū hugo in elucidario sic dicit: cum idem corpus quod in cruce pependit/in sepulchro iacuit idubitanter fateamur esse in altari et tm̄ hic et q̄tum ibi fuit non dubium est corpus xp̄i ī altari non carere sua forma:et deniq̄ omnes antiqui sic intellexerunt. Pro illa positione argumentatur doctor subtilis sic.predicatū situs est respectus extrinsecus aduenies.ergo deus conseruatis fundamento et termino potest destruere illū respectū extrinsecus aduenientem sicut in camino regis babylonis erat ignis z pueri pītes sed deus impediebat actionem mediante qua agens dicitur agere denominatiue. Preterea argumentatur.quecunq̄ forma contingenter respicit quālibet formā alicuiꝰ generis contingenter respicit illud genus:sed corpus esse extensum et non esse sedens stans supinū vel resupinū non repugnat: ergo ipsum esse extensum et non habere situ non repugnat:iste due rationes imbibunt dubia. Imprimis multi negant omnem relationem:et sic apud eos probatio non haberet fidē Secundo non videtur imaginabile q̄ corpus aliq̄ō sit in aere vel aqua circunstante imediate quin sit in loco.secus est in vacuo vel extra vniuersum/nō est questio quin stat corpus esse et non eē in loco.patet de primo mobili vel saltem primo celo q̄ō licet nō



moueatur est tamen mobile. Rursus in maiore alterius rationis est dubietas: opinabile est q̄ coloratum non potest negari de mixto:et tamen quelibet species eius negari potest. vel sic et magis ad propositum de situ et magnitudine curuum circulare et rectū pōt negari de a linea/linea tamē negari nō potest nec iuuat dicere curuū et rectū habent connotationes pegrinas ad lineam et p consequēs nō sunt eius species idē erit imponēdo a et b. Alexander de hales dicit quidaz deuotus miratus de modo existendi corporis xp̄i in hoc sacramento apparuit illi ita magnū sicut magni pueri et tunc credidit et modū vidit. At ille deuotus modū apparuit cuidā lectori i theo⁹ qui alexandro significauit vñ apud altiſ z alexandrū est distinctio hic aliqua sunt ſm naturam vt albedo sapor aliqua super naturā sed non super intellectum q̄ accidentia sunt extra subiectū/tertia sunt supra intellectū et non supra fidem vt de modo existentie huiꝰ corporis in hoc sacramento modū hunc apud antiquos cōmunē vt potero balbutiendo appire curabo et distinctionē prefatā alexandri et altiſ inanē ostendere enitar q̄ non transcendat intellectum viatoz capere modū exīdi corporis christi in eucharistia/licet antiqui illud dixerunt mansit tenebrosa aq̄ in nubibus aer] in modo dicendi et pondus rei in hoc consistit quō ostendamus corpus septem pedibus longum posse stare in parua hostia vel cum hostia mille peduz imo in qualibet parte eius.non sufficit dicere sola fides sufficit.nulli fideli cadit in dubium qui ibi exīstat corpus christi sed oīm poscēti rationem de fide ostendere operepreciū est: Accedendo ad materiā suppono pro fundamento q̄ grave simplex vel leue mutatur instantanee positum in vacuo hāc suppositionem supponimus et est modus aristotelis z auerrois.iiij. phisi.et ratio ei plus suffragat q̄ oppositio.patet exercitato in phia. Suppono vlterius vacuum quadrupedaliter latū et mille passuū in altum per aerē et erigatur ppendiculū tante altitudinis ponatur gleba terre pedalis longitudinis ī vertice ppendiculi in hoc instanti gleba illa mouebitur vel mutatur non facio vī in terminis istantanee an incipiat illa mutatio per primū instans esse vel vltimum instans nō esse alibi discutiē.capiamus pro nostro instituto primum instans esse tunc sic.b gleba pedalis extēditur per pendiculū a mille passuū et b est solum pedalis et a quinq̄ mille pedū : ergo non inconuenit corpus magnū habere aliud minoris longitudinis ei respondens ſm quālibet partem eius b .ppterea non est quinq̄ mille pedū nec a tantum vnius pedis.ergo licet corpus xp̄i longū septem pedibus sit presens cuilibet parti hostie et toti hostie nō sequit q̄ hostia est equaliter magna cum corpore christi nec sequitur corpus christi respondet pue hostie et cuilibet tertie vel quarte eiꝰ. ergo est penetratio partium cū non sequatur b terra metitur ppendiculū ab extremo ad extremū et medium.ergo partes a penetratiue se habent imo maior apparentia esset q̄ medietas superior et infe rioz b glebe se penetrarent cum in eodem instanti sint in eodem loco vero vel imaginario/et tamē nō sequitur vt patet intelligenti. Forte dicis deus nō potest tenere b pedale in toto illo spacio imaginario per tempus.propositam analogiā habemꝰ dato q̄ non potest/sed nego q̄ non potest per tempꝰ. que repugnantia est.nō sequitur a non protenditur vltra b et quodlibet p̄nctum mediū a habet punctum in b respondens.ergo a non est maior b.patet in instanti mutationis antecedēs est verū et cōsequens falsum et sicut b respondet a ita cōtra a respondet b vt vicinus vicini vicinus. Si dicas tunc pit omnis via mensurandi vnum per aliud hoc nego naturaliter consequentia est bona hoc est nō presupposito miraculo licet naturaliter leue simpliciter moueretur in instanti in vacuo et metiretur ppendiculum tū hoc est presupposito miraculo non potest vacuum esse naturaliter in sensu composito/si esset vna tela panni in vacuo ita longa sicut olim turris babilonica vel protensa ad telum et caderet vlna ī hoc instanti non transcenderet telam nec contra. Rursus si esset vna linea infinite longa orientē versus terminata pisi angelꝰ potest naturaliter sibi relictus mutare se per totam lineam et potest stare sic mille scīs.ergo idem deus potest facere de corpore.insuper anima indiuisibilis et angelꝰ sunt in corpore extenso et non extenduntur et intelligētia mouens celum ſm aristotelē.ergo ecōtrario deus potest facere magnum corpus ipso non variato intrinsece se habere cum quocūq̄ corpore q̄tūcūq̄ paruo.cōsequētia videtur bona et antecedens concedendum ergo et consequens.si non adhereas cōsequentie hoc est q̄ frequenter adhesisti antecedenti cōsequenti non incepisti adherere. prima frōte videtur consequentia non habere apparentiam ſz cū loquimur de potentia dei cōsequentia est admittenda. Si dicas te non capere in radice sic nescis dare causam q̄re vnus gradus caloris remouetur ab aq̄ ante alium/et quare baculus vniformiter fortis citius frangitur in vna pte q̄ alia de intensione actuū sinchathegoreumaticoz et quare nilꝰ sole exīte in cancro tantūmō ūndat egiptum et eius latus discursus vel angustus extra alueū est plagium fertilitatis vel sterilitatis vix scis ostendere modum decursu fluminum paradisi viso q̄ cursus habent ad varias differentias positionū et sinus arabicus mediat inter tria illi⁹ fluia et originē a meridie vbi cōster ponitur paradisus/sed de hoc loquimur ī.xvij. distin.ij.per ista vides modum rationabilem tenēdi quō corpꝰ christi est in eucharistia.si ingenioſi ingenue fateantur se materiā intelligere consequens est vt indoctum vulgus assentiat sicut mater mea michi dicenti.collegiū montis esse citum in vniuersitate parisiensi fidem daret q̄ nunq̄ fuit in gallia. Ex tota positione dicendum est q̄ pes distat a capite p sex pedes in ordine ad totum et nulla est cōfusio partium inter se/sed quelibet pars in sua naturalissima dispositione sed in ordine ad hostiam et quālibet eius partem quelibet pars corporis xp̄i et to-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum corpus christi est. secundo patet q manus dextra potest tangere sinistram et econuerso. z q calor cordis in ordine ad totum non est cum frigiditate cerebri. Si ponas hostiā corruptam q deus sic maneat cum aere vicino non est maior difficultas a dictis: sed si ponas q corpus christi nullibi sit nisi in hac eucharistia et specieb⁹ desinentib⁹/vbi erit. dico ponis casum ꝓter legem sed illo admisso erit vbi voluerit deus/nunc autem desinētib⁹ specieb⁹ soluz corpus christi desinit esse sub eis nec ꝓpterea incipit esse in celo cū ibi est. sicut absciso digito anima desinit informare illam quā ante informauit.

Ulterius patet. corpus christi est i eucharistia modo organico et in eo est q̄titas continua siue distingatur a re q̄ta siue non. si petas an sit ibi sub modo q̄titativo. dico nomia significāt ad pl'm/est sub modo q̄titativo intrinsece sed non est extense cum hostia circunscriptiue/sed sub qualibet eius parte. si petas an caput corporis xpi sit extra hanc hostiam similiter et pedes. dico q sic in celo et in alia eucharistia non autem si solum esset in ista nec est in aere vicino huic hostie extra hostiam non loquendo de aere hostiam circundante christus tamē est in aere et vbiq̄ licet non sit vbiq̄ homo christus isto modo sic explicato. Inane est respondere argumētis okā huius gabrie. et aliorū art⁹ ꝓcedunt ex hoc q non est itelligibile q magnum corpus sit cū paruo qō superius nisi sumus retexere nō transcēdere intelligentiam viri. alie rationes possunt dirigi cōtra hunc modū de actione et de illo quod ibi apparet sed de hiis futurus est sermo. Si petas an corpus christi sedet vel stat in eucharistia. ℟espondeō corpus christi i eucharistia sedet. patet. hoc corp⁹ xpi in celo sedet ad dextrā dei patris hoc corpus christi in celo est hoc corpus christi in eucharistia. ergo corpus christi in eucharistia sedet expositorie z premisse clarent/sed ista sessio venit a loco i quo est circunscriptiue. Secunda propositio/corpus xpi non sedet in eucharistia nec stat i eucharistia/hec differt a priori et per eam denotat q sessio prouenit ex eucharistia sed hoc est fm. sedere/stare iacere sunt de predicamento situs variat varius modus situandi ꝙ se denominationem istor predicator⁹ per hoc q partes in ordine ad locum extendunt homo dr̄ sederevel stare nec respicias ad locum solum verum sed imaginarium vt in vacuo cauendo ab amplitatione termini imaginat. nec sequit pedes corporis christi sunt in superiore parte eucharistie et caput est in inferiori vel caput est superius in hostia et pedes inferius. ergo stat super caput vel pedes. si homo mutaretur subito in eodem instanti pes est in vertice perpendiculi et caput prope terrā. sicut non sequitur diameter hostie non extenditur vltra diametrum corporis xpi nec cōtra. ergo sunt eqlis magnitudinis vel corpus christi est circulare cum hostia. accipe analogiam per corpus quadratū cadens prope perpendiculum aliter figuratuz. nō est opus ire ad sessionem intrinsecam nō imagier⁹ corpus christi includi in concauitate hostie sed sicut albedo erat penetratiue pri⁹ cū toto pane trāssubstātiato pane dato q nō esset corpus xpi quod est deo possibile nulla adhuc est concauitas in pane sed cū panis transsubstātiat i corpus christi albedo et corpus xpi vnitie se habent ita q si diameter albedis esset palmalis quo ad spissitudinem corpus christi est in qualibet parte superficiali sicut i interiori qlibet. panis tamen est circunscriptiue i loco et eucharistia transsubstātiato pane. corpus christi tamen est diffinitiue i eucharistia superficies aer⁹ immobilis primū vel alterius corporis est locus eucharistie z locat etiā corp⁹ christi non tamen eodēmō. ¶Petis an corpus christi videatur in eucharistia dicit q sic sortes videt qz calor eius videtur cāpana auditur p accidens gratia soni. dicim⁹ nos vidisse regē qm vestem vel clamidem in dorso eius vidim⁹. ad videndum aliqua sufficit videre aliquod eoz inter q̄ est colligātia naturalis vel voluntaria sicut apostoli viderunt deum in terris qz humanitatem assumptam a verbo viderunt sed sic est q eucharistiā videmus cum qua est colligātia in ordine ad corpus christi. ergo ad veritatē istius video corpus xpi sufficit videre eucharistiam cōiunctam. si albedo esset presens semper faciei sortis et nō inherens. non minus diceremus nos sortem videre q̄m si inhereret/propterea non oportet currere ad sensum ipsorum cum aliacēse in suo quarto. Alioz est mod⁹ q q̄tas continua separatur a corpore christi et substantia nō est extensa sine q̄titate et sic qlibet pars corporis christi est cū alia in tota eucharistia. aliis placet q q̄titas continua est res q̄ta sicut recitat de media villa ad longū hunc modū quē vocam⁹ nominaliū et quelibet pars est cum alia. si deus potest facere duo corpora de predicamēto substātie diuersa se penetrare quare nō potest facere duas medietates eiusdem cōtinui se penetrare et sic sine statu q quelibet sit cuz qualibet. fm istos duos modos corpus christi in eucharistia non est magnuz actu nec extensum in eucharistia isti duo modi pū differunt nisi in vno tangente philosophiā de quo iferi⁹ Sed contra priorem modum arguitur ex eo sequitur q aliqd perfectionis accidentalis deficeret ab hoc sacramento puta q̄titas hoc est inconueniens igitur/hec ratio non vincit cū fm bonauēturā et facientes hanc rationē non inconuenit q respect⁹ extrinsecus insit corpori in celo q ei non inhereat in hoc sacramento. opinor q deus potest oē accidens absolutū et respectiuū separare a substantia cōseruando substantiam. ¶Cōtra vtrūq̄ modū argumentor tūc erit confusio partiū christi cerebrū pes et collum et ossa cum oculo nec magis collum mediabit inter caput et pectus q̄m pes nec partes manebunt organice. Item separando substantiam videntur partes esse non connexe ptes inq̄ substantiales Scōs istorum modorum potest defendi a cō traditione licet antiqui illum repudiauerūt/ illum okam aliaco et plerīq̄ alii/ extricez cineres ignituerunt. possum modū sancti thome et durandi citare in medium et illos impugnare sed non conducit



¶Placet michi ꝑmus modus qui videtur esse conformis sanctis patrib⁹ saluat omnia sine confusione anīa non debite informat partes nisi organicas saltē partialiter dicente aristo. ij. de anīa. anima est actus substantialis corporis phīsici organici in potentia vitam habentis illud tamen de potētia absoluta non cōcludit. datur homo vtroq̄ pede orbat⁹ et vtraq̄ manu. in partibus aliquib⁹ vt perhibent homines viuunt sine capitibus/licet aliqd proportionabile habent capiti/sed potest deus conseruare animam in pectore vel quauis alia parte pure homogenia quā ante informauit non solum presentialiter sed informatiue nec videtur esse necessaria extē sio ad informationem cum potest deus ponere duo corpora de predicamento substātie in eodem loco proprio potest ponere duas medietates ꝙtinui sub parte vnius medietatis/et hoc totum sub secunda parte proportionali et ita per omnes eundo vers⁹ partes minores semper anima informante/sed illud non videtur ita decens q fiat hec cōfusio i corpore christi etiam est perdifficile intellectu quō collum plus vnitur capiti q̄m pes. nullaten⁹ est partiū confusio dato q omnes partes sint in eodem loco dūmodo ordo intrinsecus in corpore ipso. vtor tñ crebro modo loquendi aduersarioz ad videndum quid rationes valeant et ob alias difficultates immergentes/sed qz inter arguendum dicebatur colozatum non potest negari de mixto transeūter cōtra hoc faciam aliquas rationes probando q colozatum potest negari de mixto subiecto etiā supponente. Tum primo capiatur vnū corpus remisse album puta vniformiter album vt duo illud non est colozatum: quod probo. non est album nec nigrum et sic de aliis igitur. Tum scōo signo vnum alterans intrinsecum corruptiuum albedinis in b corpore pedali pure successiue et q nigredo pure successiue introducatur et non ponatur minimū naturale vel maximū qō nō produci in instanti sicut potest defendi in istis omogenīs tunc tota albedo succedit corrūpitur: ergo desinit esse ꝙ primū istans sui non esse. z tunc sic. vel est aliqua nigredo in hoc subiecto et hoc non qz tunc illa produceretur in instanti qō non est dicendū/sz icipit in illo instanti nigredo per vltimū instans non esse nigredinis: ergo in illo instanti illud corpus non est colozatum quia queritur quo colore. Tum tertio de scuto cui⁹ vna medietas est alba et altera nigra quelibet species colozati negabitur de pronomine demonstrāte scutum: ergo et genus. Tum quarto. rubeus ex verecundia nullo colore est colozatus: igitur non rube⁹. patet ex predicamento qualitatis non sufficit denominare subiectum rubeum nisi fuerit permanenter Tum quinto. supponatur q qualitates contrarie vel due eiusdem speciei specialissime cū eis sint in eodem subiecto extense per totum duo gradus albedinis et duo nigredinis illud corpus est colozatum tamez nulla specie coloris colozatū nec simul est album z nigrum. quod probo. nulla ps est alba similiter nulla pars est nigra: ergo totum non est album et nigrum alioquin das michi modū sustinendi q vnum corpus est album et viride et nullam viriditatem habet quod est absurdum. Ad primū dicitur q illud est colozatū q̄cūq̄ remissus color sufficit ad denominandum subiectum colozatum ex communi vsu. Secunda propositio: tale corpus nō est album: hoc patet. quēadmodū medietas vnius corporis alba non sufficit denominare totum albū fm extentionem/nec medietas albedinis quo ad intentionem sed albedo vt duo est citra medium albedinis. Tertia propositio vniformiter capiendo colozatum sicut album. illud corpus non est colozatum qz non habet colorem sufficientem denominare totum oportet habere vltra medium et hoc mō clarum est q mixtum est colozatum est in materia continenti nec sic cepit s3 vt tantum v3 sicut habēs colorem fm totam vel maiorē partem extensionis. hoc addideri si corpus infinitum habeat colorē pedaliter extensum residuo sine colore totū non debet dici colozatum. Quarto dico nichil ad a esto q mixtum est colozatum est mere contingens naturaliter etiam loquēdo. Ad secundum respondetur cōcedendo in illo instanti vt argumētum bene scindit corpus non est colozatum quīmo non habet colorem sed imediate post hoc habebit. Et ex illo seq̄tur q nulla potētia visiua pro isto statu potest illud corpus in illo instanti videre qz non est colozatum imo nec forte parū ante illud instās nec paulopost propter remissum colorem qui non sufficit imutare potentiam visiuam. Ad tertium argumentum respondetur per duo: primum est ꝓbabile q illud corpus non est colozatum. patet. nulla species coloris in concreto predicatur de illo. ergo nec gen⁹: cōsequētia est apparens vtrobiq̄ a scutū nullo colore est colozatum vt patet per ascensum: ergo nō est colozatum sed est colozata due medietates duob⁹ colorib⁹ colozatum/et tunc colozatum sic diffinit est res habens colorē sufficientē denoiare subiectum. Scōo dr̄ q est colozatum z tūc opz sic diffinire est res habēs colorem vel colores sufficientē vel sufficientes denominare totum et concedit q nullo colore est colozatum sed sufficit q coloribus et nego hanc consequētiam genus predicatur de pronomine demonstrante hanc rem: ergo aliqua species illius generis hoc non tenet in terminis pombilib⁹ in nouēvltimis ꝑdicamēt⁹ saltem non oportet interdum tenet si b est color est albedo vel nigredo vel aliqua inferior. Ad quartum dicitur q talis est rubeus in illo casu realiter sed vulgariter ab illo colore nō denominatur. Ad quintum dicitur q est album et nigrum et nulla pars est alba nec aliqua ps est alba nec aliqua pars est nigra sufficiens habere albedinem et nigredinem. Ex hiis non euellis propositionem in ea dicebatur non esse inopinabile naturaliter ac si de soliditate illius propositionis parum curaremus. Arguitur et potissimum cōtra positionem que ponit penetrationem partium intrinsecaz sequeretur ex hac opinione q esset infinita albedo in digito christi: consequens non videtur di-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cendum: ergo nec antecedens et q̄ sequatur sic arguitur: si tota albedo extensa vt quattuor in corpore pedali ponatur i medietate illa erit i duplo albior si in quarta illa erit quadruplo albior ꝯ antea: hoc patet q̄ habebit sexdeci gradus albedinis et sic cōsequenter per partes ꝓportionales ꝓportione dupla semper eundo versus partes minores intēsior erit albedo et per consequēs pars illam habens albior sed quādo est idiuisibiliter i loco sunt pluries partes simul penetratiue. Item clarꝰ et melꝰ arguitur sic: diuidēdo corpꝰ pedale vnifozmiter albū vt quattuor hic est infinita multitudo partiū ꝓportionalium albedinis sinchathe<sup></sup>e et cathe<sup></sup>e infinita equalis intentionis: ergo si simul sunt penetratiue erit albedo infinita intensiue. Huic argumento respondetur negando consequentiam et causa est q̄ illa albedo non facit aliquod vnum intensiue quia albedo que erat in pollice non est inhesiue i indice sed solum in pollice et albedo q̄ est inhesiue in vna parte pollicis non inest alteri esto q̄ albedines duarum partium sunt eque presentes. Dabo tibi analogiam si essent infiniti angeli creati a deo in eodem loco adequato et reputo deo possibile et si haberēt noticias eiusdem speciei non esset aliqua vna noticia intensiue infinita ex eis q̄ non inherēt eisdē subiectis et albedo hostie est ita presens digito xpi sicut eius albedo q̄ ei inheret et tamē propterea digitus non est albior nec ex hiis sequitur q̄ albedo et nigredo oculi sunt in eodem subiecto/sed bene i ꝓximis. Contra illud arguitur suppono sortē sic esse in loco deꝰ potest illud facere sicut de suo bñdicto corpore q̄ sit idiuisibiliter i loco cum sua albedine sicut est de corpore christi/corumpat deus sortē sua albedine sic remanēte penetratiue sicut ante iā erit albedo infinita intensiue. Respōdetur fortassis nō faciunt magis vnum ꝯ antea si deus voluerit z idē videtur iudicium si eidē subiecto inhereant. propositio aristote. v. methaphisice duo accidētia solo numero differentia non possunt inherere eidē qui constituant aliquod vnum de potentia dei tenuerūt locū habet sed dato q̄ deus non ꝓpediat qui sit aliquod vnum dicetur forte q̄ non est albedo intensiue infinita q̄ non sufficit habere infinitas partes equales non cōmunicātes vni certe date nec isti vel illi certe date sed amplius requiritur q̄ si illa qualitas esset extensa gradualiter q̄ partes equas redderetur infinita albedo extensiue et intensiue quod nō contingit ibidē si albedo vnius gradus ponatur super vnum pedale extensa sicut antea et alius gradꝰ super aliud pedale et sic cōsequēter nō inueniretur tot partes equales sufficientes facere infinitum. Contra hoc arguitur q̄ per illum modū non est possibile tibi probare q̄ est infinita noticia vel qualitas vel habitus spiritualis q̄ currere potes ad extensionē Item vni certe date habere infinitas partes equales non cōmunicātes videtur esse cōpleta ratio infiniti. Pēsatꝫ oibus in illo casu dico q̄ albedo q̄ est in digito christi si esset separata a subiecto illa albedo est infinite intensa. modus se habendi multū facit. si esset vna superficies lata bipedaliter et infinite longa versus orientem vnifozmiter alba vt vnū tota illa non est infinite alba sed finite z tota albedo est finita: q̄ non sunt infinite partes equales nō cōmunicantes vni certe date in eadē parte subiecti ꝫ si tota illa albedo poneretur in vna pedalitate esset infinita intensiue et subiectum infinite album et sic aliqua tota linea est nūc finite alba et tamen ipsa tota potest effici infinite alba sine additione albedinis: probatio illa pedalitas est infinite alba postea deus in prima parte proportionali hoze future capiat secundum gradū et ponat in pedalitate sequēte quartum sextum octauum et sic alternati in instāti terminante hozam scda pedalitas erit infinite alba et iterum capiātur similes partes quia semper remanet infinita albedo et dabis totā infinite albā sine additione albedinis nec te moueat. nunꝯ illo modo verum erit dicere tota linea est alba fm se et quālibet partem q̄ accipe primā partē proportionalem hoze et in prima parte proportionali eiusdē partis faciat deus vt ante et reducas casum et habebis conclusionem. Sed contra istud argumentor ex isto oportet dicere calidum vt octo producit infinitum calozem intensiue et sic aliquid producit vltra gradum sue perfectionis. patet. ignis calidꝰ vt octo potest producere calozem vt octoi vno ligno diffinitiue in loco habente partes penetratiue postea corumpat deus lignum conseruando calorem extra subiectum erit caloz infinite intensus.

Respondetur negando q̄ ignis calidus vt octo immediate producat calozem supra octo nō extra subiectū q̄ tūc crearet et dato q̄ produceret extra subiectum calozem super octo non induceret nec i subiecto/sed deus capit calozem ꝓductum ab illo igne et facit formam infinitā p̄ destructionē subiecti vel partes ponendo simul. idem argumētum potes facere de caloze producto nūc in ligno ab a igne quē deus potest sic disponere in hoc ligno vel alio faciēdo calozem infinite intensum caloz producꝰ a deo vel igne in hostia cōsecrata vel cum hostia videtur calozem pristinum intendere. ¶ Secundo arguit si corpus christi inciperet esse sacramentaliter in sacramento eucharistie hoc esset per motū localem hoc est falsum igitur. q̄ sequitur patet. priꝰ nō erat in hoc loco et erat et nunc est in hoc loco: ergo moueatur ad hunc locum/q̄ non mouetur localiter patet. q̄ nō relinquit terminum a quo scz celū dicente beato aug. psal. liiij. donec finiat seculū sursum est dominus. Respondetur supponendo q̄ triplex est motus quidā acquisitiuus tantū vt quando mobile acquirit nouum locum priozem non perdendo vt quando limax se dilatat fm vnam partem alia parte remanente in eodē loco. aliquis est motꝰ deperditiuus tantū vt quando limax iterum restringitur et retrahit se Exēplum primi melius est quando corpus christi incipit esse in hoc loco demōstrando sacramentum eucharistie et nō dimittit locum in quo prius erat. Exemplum scōi quando corpꝰ christi desinit esse sub speciebus panis vel vini acq



sitiuus et deperditiuus vt quando mobile dimittit vnam partem loci in qua prius erat et acquirit nouam partem. Preterea notandū est q̄ proprie loquendo sicut philosophi loquūtur de motu ad hoc q̄ mobile moueatur localiter oportet q̄ relinquat terminum a quo et transeat per medium secundū se vel partes eius propter motū circularem quod hic non contingit. corpus christi in instāti terminati prolationem verboꝝ hoc est corpus meum incipit esse in hoc sacramento eucharistie et nō transit per medium nec relinquit celum. non implicat q̄ relinquat celum si deus voluerit et non transeat per medium quoz eodēmodo potest ire per mediū non relinquēdo terminum a quo. hoc modo poterat corpus beati ambrosii esse turonis non transeūdo per alpes inter mediolanum et turonas. Aliomō aliquid extenso termino dicitur moueri localiter hoc est quando est in vno loco in quo priꝰ non erat supposito q̄ pꝰ erat in alio loco. hoc additur propter illud qō p̄mo generatur in illo instanti generationis est in loco in quo prius non erat z tamen non mouetur localiter Exhiis patet solutio argumēti. ¶ Tertio arguit sequeretur fm illum modum de penetratione partium q̄ idem corpus esset extensum et nō extēsum consequens implicat ergo et antecedens: et patet consequētia. illud corpus in celo est extēsum ergo est extensum et est non extensum in sacramento: ḡ est non extensum/similiter idem corpus est lōgum septem pedibus et ita breue sicut hostia digitalis. patet de corpore christi in celo quod est ita lōgum sicut corpus iacobi alphei et in sacramento non sic extenditur. hoc argumentum non vinceret positionem/cōsequenter ad eam ponētur iste propositiones. Prima est corpus xpi in celo est lōgum septē pedibus supponatur illa ꝯtitas conueniens nature humane. Secunda propositio. corpus christi in sacramento eucharistie est longum septem pedibꝰ probatur. hoc corpus christi in celo est longū septē pedibus hoc corpus christi in celo est hoc corpus christi in sacramento eucharistie: ergo hoc corpus christi in sacramento eucharistie est longum septē pedibus: pria tenet expositorie i tertia figura vl' a resoluētibꝰ ad resolutā sic/hoc est lōgū septē pedibꝰ et hoc est corpꝰ xpi in sacraᵗᵒ eucha<sup></sup>e igit. probatur cōclusio aliter emptimematice bene sequitur hoc corpus christi in sacramento eucharistie est lōgum septem pedibus in celo: ergo in aliquo loco: ḡ est longum septem pedibus. Tertia propositio: hoc corpus christi in hac hostia est longius ista hostia. probatur. hoc corpus in celo est longius hac hostia hoc corpꝰ in celo est hoc corpꝰ in eucharistia igit. Quarta propositio. hec est negāda. hoc corpus xpi in hostia est breuior hostia. eodēmō potes probare tales. hoc corpus xpi in hostia sedet ad dextrā dei patris/ hoc corpus in eucharistia fuit in vtero beate virginis/hoc corpus in eucharistia fuit crucifixū a iudeis. Sed dubiū est an hec debeat concedi. hoc corpus est extra eucharistiam bene est in aliquo loco q̄ non est in illa eucharistia eo mō quo habet esse in celo/ sed videtur propter negationem inclusam inferre hanc non est in hoc loco. difficultas stat i termino potes eam concedere potes eam negare hoc corpus christi ascendit hoc corpus christi descēdit supposito q̄ vna hostia ascendit et altera descendit sed nunꝯ concedendum est ascendit et non ascendit. hoc corpus in stomacho meo est i celo empireo quando capio corpus precioſum christi et sic verificantur illa carmina q̄ recitat bernardꝰ in cap. firmiter. de summa trin. et fide catho. Rex sedet in cena turba cinctus duodena Se tenet in manibꝰ se cibat ipse cibus Rex id est christꝰ rex/domini est terra et plenitudo eius fm diuinitatem/reliquū est clarum non stando in negatione de extra bene potest concedi in illo casu idem corpus est intra se et extra se.

Quinta propositio pricipalis est corpus christi non est longum septem pedibus in sacramento. hoc patet. hoc corpus christi est longum septem pedibus in eucharistia duo dicit/ vnum est q̄ illud corpꝰ hꝫ septē pedes i lōgitudie / aliō est q̄ illa lōgitudo sacuriat ab eucha<sup></sup>a qō fm ē: ſz illa ꝫ corpꝰ in eucha<sup></sup>a est longū septē pedibꝰ: nichil aliō ōt nisi q̄ ꝫ corpꝰ qō est exīs in eucharistia habet septē pedes in lōgitudine non curando siue in eucharistia siue nō. Ex illo correlarie sequitur q̄ ille non contradicūt hoc corpus in eucharistia est longum septem pedibus et hoc corpus non est longum septem pedibus i eucharistia hoc patet tū primo non habent eadem extrema. scdo nō est eadem appellatio. tū tertio a posteriori sunt simul vere. Secundo sequitur: hec cōsequentia est bona hoc corpus est longum septem pedibus in eucharistia: ergo hoc corpus in eucharistia est longuz septem pedibus non tamen cōtra. intelligenti logicam hec sunt peruia.

## ¶ Distinctionis decime questio secunda.

Queritur secundo circa hanc decimam distinctionem. an implicet contradictionem idem corpus numero esse circunscriptiue in diuersis locis. duo sunt hic modi opinandi varii quoz vnus affirmatiue respondet quem multi imitati sunt. Sanctus thomas egidius romanus henricus de gādauo et durandus. Alia est opinio quam tenet altiſ. et alexander de halles questione. xliiij. partis et duns. Ad materiam pono hanc cōclusionem. nullam contradictionem implicat idē corpus esse circūscriptiue in pluribus locis totalibus quā conclusionem sic probo. in legenda sancti martini legitur q̄ sanctus pater ambrosius ipo celebrante mediolani simul interfuit exequiis sancti martini cum inter celebrandū mediolani stetisset diu fatigato populo accessit clericus dīne hora est nimis tarda at ille eram turonis ꝛc. vide legendam non potes dicere q̄ idiuisibiliter erat turonis cantans lectiones nulla est tibi fuga nisi legendā negare illō idem patet de corpore beati baldredi qō in tribus locis dicitur esse aldhamē pstoñ et tynygamē trita est historia apud glegornū et partes illas. ꝓpterea

Notabile

Sanctꝰ thomas

Conclusio vnica.

hoc nunciatiū cōformat opinioꝝ sancti q̄ ipo celebrante ambrosio sancti martini legebat lectiones turonis nō celebrabat mediolani.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sequitur ratione facere idē corpus in duobus locis in vno circunscriptiue et in alio diffinitiue est ponere idē corpus in duobus locis et cum hoc aliud miraculum q̄ in vno indiuisibiliter se habet: ergo facilius est ex parte facti facere idem corp⁹ circunscriptiue i trib⁹ locis q̄ in duob⁹ locis z i vno nouo miracl'o. Tertio arguit ad idē ille equus a instanti generat equū pisi (sit ita) quare i eodem instanti de⁹ producere non potest rome eundē equū et sic idem erit in duobus locis. Preterea illud nō implicat: q̄ deus potest illud facere. consequentia tenet p̄ maximam theologicam: antecedens patet soluēdo rationes aduersariorū et etiā inducendo fortassis ita apparentes q̄ omnes infra soluentur. hec cōclusio non est michi dubia. Preterea ponat̄ sortes i duobus locis diffinitiue sicut corpus christi est in loco sibille et edimburgi vel deus potest extendere corpus sortis sibille illo existēte edimburgi vel nō fm non est dicendum sic iam est de corpore in celo et in terra quo facto quero an potest edimburgi extēdere corpus sortis hoc est facere esse diffinitiue in loco vel nō illo corpore sic existēte sibille si sic habeo idē corpus in duobus locis circunscriptiue qō erat probandum si casum neges q̄ro quare citius potest extendere corpus sibille q̄ edimburgi. Item si destruatur illud corpus sibille q̄ amplius ibi non fuerit potest illud corpus extēdere edimburgi vt certū est vel esse debet et mirum est q̄ corporalis existentia corporis sibille impedit eius extensionē edimburgi set idē potest ostendi de christo qui apparuit beato petro casus est vulgatus propter locum domine quo vadis et tamen corpus christi tunc erat in celo patet de consecra. d. ij. cap. prima heresis ampli⁹. deus potest ponere vnum angelum rome et parisii ergo idem corpus. cōsequentia claret et aduersarii non negarent. probo antecedens. deus potest facere q̄ panis transsubstātietur in angelum potest facere q̄ post prolationem istor̄ verborum hic est angelus desinat panis et incipiat angel⁹ succedere loco illius: ergo si sit prolatio super duos panes i duabus locis idem angelus erit in duobus locis nec est inutile hanc questionem tractare elucidat vnam partem difficultatis occurrentis circa eucharistia. heretici et infideles possunt dubitare quō idē corpus potest simul esse in pluribus locis sacramentaliter q̄ ad illud sequitur idē corpus esse in pluribus locis gratia illius conducit hanc questionem in medium ꝓponere et eius ꝓclusio principalis manuducit ad intelligētiam eucharistie multop⁹ q̄ aduersarior̄. mirabile esset si deus non potest ꝑcutere genu pilisi vel aliomō q̄ anima genu non informet et tamen pedem et ptes superiores informabit et sic erit anima in duobus locis et potest corrumpere corp⁹ sic conseruando animam. ¶ Contra hanc conclusionem arguitur sequitur q̄ idē simul et semel potest calefieri et frigefieri cōsequens est falsum / cōtraria opposita inferunt contradictoria opposita z probo consequentiam. ponatur sortes rome prope ignem validum et ultra montes iperboreos vel mare balteū vel glaciale prope gelu magnum frigefiet et calefiet. ¶ Huic argumento respondet doctor subtilis distinguendo vel calor est tante resistentie sicut frigus actiuitatis / econuerso vel est inequalitas si primum nec calefiet nec frigefiet. Si calor est maioris actiuitatis q̄ frigus resistentie calefiet et non frigefiet si econuerso frigefiet et non calefiet idem tenet in duobus locis et in vno loco et ponit vnam regulam. Quecūq̄ sunt prioza essentialiter ipso vbi vniformiter insunt corpori q̄uis habēti diuersa vbi nec variabuntur variato ipso vbi / hoc est oīa absoluta et respectus intrinsecus aduenientes vniformiter conueniunt corpori in vno loco vel diuersis.

¶ Contra hoc arguitur sic: idem in diuersis locis est maioris actiuitatis id est in maiorē effectum potest q̄ esset in vno: ergo male dictum est. consequentia est clara. probat assumptum. sit potentia sortis gratia exempli terminata ad vnam libram sic q̄ maior pondus nō potest portare sine fractione numeri ponatur in duobus locis habeat in humeris vnā libram cum hoc potest aliā leuare / quod si neges ꝓpter resistentiam quam habet in brachiis vel humeris deponatur ille lapis et sit rome et parisius sortes in vtroq̄ loco conetur leuare vel potest z sic h3 duos lapides et per consequens plus potest in duobus locis q̄ vno solo si non potest leuare lapidem pisii.

¶ Contra est difficile creditu q̄ lapis rome eum impediret ne leuet pisii: eodēmō est difficile creditu q̄ gelu in montibus ipboreis impediat calorē i ethiopia esto q̄ sit idem passum illa argumēta eum non vincerent diceret si sortes haberet vnam libram in humeris non potest aliam leuare propter resistentiam quam habet / si nitatur simul illas duas libras leuare nichil leuabit q̄ a proportione minoris inequalitatis non fit actio. vij. phisicor. ¶ Ad aliud concederet q̄ gelu in montibus ipboreis potest impedire calorem in ethiopia mō sit idem passum quod contingit in proposito et idem homo in diuersis locis non potest habere opiniōes et scientiam subtiliter certe dicit. ¶ Aliter potest dici et fortassis apparētius q̄ idem corpus nūero in duobus locis multū distantibus calefiet et frigefiet simul et semel et calor rome non potest impedire frigus parisii plus respectu eiusdem subiecti q̄ essent diuersa subiecta. illud suadeo nullum agens naturale potest agere vel impedire nisi in spera sue actiuitatis et resistentie siue sit subiectum aliquod vel non nec mirandū est q̄ qualitates cōtrarie insunt eidem subiecto simul et semel. dato vno miraculo plura vno dato sequūtur q̄ alias non sequerentur / admisso q̄ idem sit in diuersis locis euestigio sequtur idem posse z ascēdere et descendere simul et semel quid impedimenti est vt eadem anima que est in duabus manibus quando manibus cancellatis vna leuatur altera depressa nec valet illud Grego. xvij. distinctione. j. vt alibi dictum est quo petit an qualitates contrarie possunt se compati et dicit q̄ illud est per accidens ad motum alterius et sic dicit burleus de intensione forme q̄ si illa anima esset in loco in quo



est manus leua et manus dextera idem separatim a manu idem contingere non dubites. ¶ Redeundo ad argumentum concedo q̄ idem corpus erit calidum et frigidum simul / et quando improbas contrarie opposita inferunt contradictorie opposita: distinguo vel ꝓpositiones ꝓrie de opposito modo enunciandi et sic concedo q̄ alii non semper illō admitterent / quia secundum eos contrarie possunt esse vere i sensibus contrariis in contingenti spāliter capto vt nullū ens ꝓtingens est de⁹ z nullū ens ptingēs nō est de⁹ z tū ille non inferrēt fm eos. Dicto rie opposita sed hoc ego non recipio / vel q̄ contrarie propositiones de contrariis predicamentis inferant cōtradictorie opposita et sic nego et has duas consequentias sortes est calidus. sortes est frigidus: ergo sortes est calidus sortes non est calid⁹ sortes est frigidus sortes non est frigidus q̄ q̄ apō gentilem philosophum reputaretur consequentia bona: sed vtiq̄ si daret casum cum fidelibus consequentiam negaret. ¶ Item bona est apparentia si sortes habeat quattuor gradus albedinis rome et totidem parisii q̄ non est albus et niger copulatiue sed solum secundum apparentiam sed citius fuscū vel mixtum sed est albus et niger copulatim quēadmodum si in vno loco haberet totidem gradus albedinis siue nigredinis non obstante habet albedinem et nigredinem copulatiue. ¶ Secundo arguitur contra conclusionem ex ea sequitur q̄ potentia actiua sortis non esset terminata et sic infinitum pondus posset portare nō sic exponendo nō tantum quin maius de hoc non est questio sed q̄tūlibet maius: et eodem modo probabitur de qualibet potentia actiua hoc est falsum contra aristotelem primo de celo et mundo quinimo illa via nulla esset potentia finita: et probatur consequentia: sortes potens leuare vnam libram in vno loco potest in duobus locis leuare duas / in tribus tres / in quattuor quattuor libras et sic sine statu: ergo si esset in infinitis locis potest leuare infinitus pondus in grauitate quod non videtur dicendum. ¶ Respondetur concedendo q̄ potentia sortis dato illo miraculo non est terminata vt argumentum arguit imo sortes habens mille libras super caput eius non plus impeditur q̄ si nichil haberet si ponatur in mille locis cum mille libris et nichil haberet super caput in alio loco potest portare illas libram ac si nichil super caput haberet. ¶ Sed contra illud arguitur: quia per illum modum tersites potest tāte grauitatis pondus portare sicut aiax telamoni⁹ consequens est inconueniens: ergo et antecedens: et patet consequentia de se. Preterea probo q̄ sortes in hoc loco nichil potest portare. Arguitur sic: sortes in hoc loco demonstrando parisium habeat libram super caput posito q̄ habeat rome et nō parisii: ergo non potest portare aliam libram in hoc loco: probo consequentiam: alioquin in eodem loco potest portare duas libras contra ypotesim. ¶ Respondetur concedendo q̄ tersites in pluribus locis potest tantum portare sicut aiax in vno vel in paucioribus z sic potest vna musca / imo tersites potest portare vnum pondus infinite grauitatis si essent infiniti lapides equales in grauitate: tersites in infinitis locis cuz eis potest eos omnes simul portare. patet sic. cumulus infinite resistentie portatur ab homine debili nec locus est causa huius si esset in vacuo et conseruaretur a deo idem contingeret. ¶ Ad aliud concedo antecedens et nego consequentiam: licet sortes in hoc loco habeat libram super caput non tamen habet libram super caput in hoc loco: quia si haberet vnam libram super caput in hoc loco vero vel imaginario non potest portare alteram libram in hoc loco. ¶ Sed contra illud arguitur: quia eodem modo sanson nō potest portare vnam fabam vel lapillum / capitur lapillus tante grauitatis sicut vna faba si ponatur in mille locis tantum ponderabit in vno loco sicut in alio: q̄ si ille lapis in p̄lib⁹ locis cumelet in vnū replebit totā actiuitatem portatiuam vnius bois. ¶ Respondetur negando q̄ non habet portare vnam fabam quia valet hanc nullomodo potest / sed conceditur q̄ non potest portare vnam fabam taliter dispositam / quia potest replere vnum magnum vas et deus potest supplere portationem illius vas resistit. ¶ Ex istis infero correlaria siue sequantur sine addito vel ex dictis cum additione manifesti non cura. ¶ Primum corelarium: esse vbiq̄ non est proprium deo: hoc patet: quia licet sit vbiq̄ secundum illud mercurii termagisti deus est spera / cuius centrum est vbiq̄ circunferentia nunscij; deus tamen potest facere q̄ vnus homo vel equus sit vbiq̄. Probatur: potest facere in duobus locis occupatiue et non est maior ratio q̄ sit status in duobus locis q̄ in tribus / nec in tribus q̄ quattuor: et sic sine statu: ergo potest facere vnum corpus esse vbiq̄ / sed in hoc est discrimen: quia deus non potest esse quin sit vbiq̄ et in vacuo imaginario infinito extra celum vt alibi tango / creatura autem ex natura sua non potest esse vbiq̄: nec in hoc debes admirari q̄ vna creatura potest esse vbiq̄ destruatur ois locus a loco sortis / iam sortes vt liquet est vbiq̄. Sed non est idem corpus esse vbiq̄ est possibile et corpus potest esse vbiq̄ / thomista et gandensis negantes idem posse esse circumscriptiue in pluribus locis: primam habent concedere in casu quem pono si deus destruat omnia alia loca a loco meo iam illa est vera iohannes est vbiq̄ et hoc sufficit ad veritatem illius modalis cōpposite sed hec iohannes potest esse vbiq̄ denotat q̄ iohannes pōt esse in quolibet loco possibili loco ibiō distribuitur et ampliatur a pōt et sic thomista habet illā negare circumscriptiue loquoz / sed vtranq̄ concedo: accipe analogiam oēm hominem esse oēm hominem est possibile / sed non ois hō potest esse ois hō / imo ois hō non pōt esse omnis hō / non vz consequutio: ois homo est vbiq̄: ergo ois homo pōt esse vbiq̄ / sicut nec sequitur ois hō est omnis homo ergo ois

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶Quarta conclusio aliquis est terminus q̄ pre dicatur de corpore christi in celo et ille non verifi catur de corpore xp̄i in eucharistia hec cōclusio ꝓ ri non repugnat sed in appellatione sto volo dicere aliquis terminus ponitur a parte predicati cū illo termino in celo de corpore xp̄i qui non ponitur cū illo termino eucharistia de corpore xp̄i ista est con cedenda corpus xp̄i est in celo extensum corp⁹ xp̄i est in celo dimensiue in loco iste sunt negande cor pus xp̄i est in eucharistia extensum corpus xp̄i est in eucharistia dimēsiue in loco q̄ dimēsio loci non prouenit ab eucharistia q̄ per illam denotatur. Cō tra primam conclusionem arguitur argumentis q̄ bus aliqui nituntur frequenter deducere oppositū nullum absolutum desinit esse in aliquo propter no uum respectum intrinsecus aduenientē acquisitum sed propter hoc q̄ corpus xp̄i acquirit hic nouum vbi eomō quo habet nouum vbi nichil acquirit nisi nouum respectum g̃. item tunc contradictoria veri ficarentur de eodem q̄ si aliquod corpus est i duo bus locis in vno loco habet albedinem et non ha bet albedinem in alio loco iam est album et non al bum Judicio meo nō est opus hiis argumētis re spondere hec argumenta possunt solui ex predictis et quilibet logicus videt q̄ nulla est apparentia in illis argumentis Accipe analogiam nunc actu dico q̄ anima mea est in pede meo habet scientiam et nō oportet q̄ aliqua scientia est in pede meo imo citi⁹ opinor q̄ nulla est in pede meo. Et tamen nūc scio primam .j. euclidis super lineam datam contingit triangulum equilaterū collocare. anima habet scie tiam in capite q̄ ibi relucent sensus in quibus sen sationes habētur sed anima in pede habet scientiā q̄ patet q̄ hec anima in capite habet scientiam hec anima in capite est anima in pede: ergo anima i pe de habet scientiam/sed potes replicare vel aia ha bet scientiam in qualibet parte capitis vel i aliqua sic et aliqua non si fm detur illa si primum ergo de beo dicere q̄ i qualibet parte corporis habet scien tiam imo q̄ habet scientiam in qualibet parte. Re spondetur q̄ illud solum exemplariter est inductū sed transeunter loquens dem⁹ q̄ detur quodcūq; membrum vel q̄ sit scientia in qualibet parte capi tis vel in aliqua sic et in aliqua non circa cētrum ca pitis in parte divisibili indiuisibiliter non sequitur q̄ haberet in pede vel extra caput. Item forte rationa bili⁹ dicit q̄ scientia est in vna parte capitis haben te dispositionem ad susceptionem scientie et i qua libet parte illius semper anime inherens sicut visio inheret anime intellectiue circa centrum oculi ꝛ est in anima in qualibet parte i qua est talis dispositio requisita ad visionem suscipiendam nec propterea consequens est q̄ illa visio vel scientia sit extensa si cut nec subiectum eius scz anima extēditur quāuis multas partes informet nec sequitur maior intēsio illius scientie licet in infinitis partibus illius par tis corporis habeat scientiam/et quando ita esset q̄ in qualibet parte haberet dato q̄ sit de stirpe gigā tea cum og rege basan non sequitur q̄ eadē albedo que est in vno corpore in vno loco ei insit in alio vt frequenter ante dictum est Nec primo nec comitā ter tenendo extensionem partium in ordine ad to tum et non ad locum sicut hugo et altiss. ad quem modum magis declino sicut ista conceditur corp⁹ xp̄i in eucharistia est longum septem pedib⁹ ita ista est concedenda corpus christi est longum septē pedibus in eucharistia sed non extenditur sextupeda liter in ordine ad locum sed est verosimile quando corpus christi incipit esse hic in eucharistia non ad mittit albedinem nec aliud accidens quod habet i celo q̄ in instanti incipit esse hic ꝛ nō pertransit me dium et nullum agens extrinsecum corrūpit aliq̄ accidens ibidem deus impedit actiuitatē et nō cō currit cum eis ad actionem. Contra secundam cō clusionem arguitur q̄ non est dubium an omne ac cidens quod est in corpore christi in celo sit in cor pore christi in sacramento et econuerso oc'is christi vidit presbiterū leuātē corpus xp̄i in sacramento ꝛ audit loquentes habet organum bene dispositum ꝛ nullum est impedimentum igitur. ergo habet visio nem presbiteri ad presbiterum terminatam et au ditionem et hoc non habet in celo igitur. Respon detur q̄ argumentum assumit dubium de quo doc tores degladiantur multis dicentibus q̄ requira tur sit⁹ ad hoc q̄ audiat vel videat placet michi op positum organa illa sunt dispositia intrinsece sermo audibilis in aere in bona propinquitate q̄re non po terit audire si deus faceret hominē instantanee de scendere ab alto ad imū quare non poterit audire vel videre corpus maius esse cum minore non im pedit visionem vel auditionem et sic de aliis sensa tionibus si clericus prope altare poterit audire pres biterum legentē sacrificium quare non poterit aur christi eum audire et videre imo illud est probabile si poneretur penetratio partiū sicut multi antiq̄ do ctores imaginati sunt: ergo a fortiore fm hunc mo dum et concedo q̄ oculus xp̄i videt suum pedem



in eucharistia et calor cordis calefaceret subiecta vicina si deus ad hoc actiue concurreret et si esset penetratio partium calor magis calefaceret virtus vnita est fortior seipsa dispersa si totus calor a cor pore calidi poneretur in eius medietate esset acti uior q̄z in toto: ergo si diffinitive i loco erit actiuior non est certum q̄ tales sensationes sunt in celo sed corpus christi in celo audit presbiterum legentem in altari beati possunt videre et angeli corpus chri sti in eucharistia. patet. possunt videre angelos ꝛ no stras noticias si sibi relinquant ergo ꝛ corpus extē sum dicere q̄ requiratur extensio in ordine ad locū est dictum non probatum de noticia nostra nichil intuitive cognoscimus extra nos nisi res sensatas non sentimus corpus christi in eucharistia et eius modū sed an possumus videre corpus christi in eu charistia cum influentia dei generali nondū explo ratum est apparet q̄ sic si deus concurreret corpus suum est coloratum mō color est obiectum vis⁹ nec videtur necessarium q̄ sit extensum cum partibus loci et illud potest vallari per puerum qui interdū in eucharistia videtur de quo loquimur q̄ rationa bilius corpori christi est dandum nec fides nec ra tio est in oppositum q̄ non audiat quare est illud ne gandū cum habeat organa optime disposita. Sed contra illud idem arguitur de visione ponendo pe netrationem partium non habet oculum dispositū ad videndū nec aurem ad audiendū et intelligo sem per in tali modo se habendi vel imaginemur sortē esse in vno loco sacramentaliter et non loquamur de visione in verbo. Preterea non videt seipm g̃ a fortiore neq̄ aliō cōsequentia apparet q̄ est equa liter sibi presens obiectiue sicut aliquod aliud vl' ma gis: antecedens probo. oculus sortis si sic esset non videt aliquā partem eius q̄ probo. nunc ocul⁹ pla tonis non videt se: ergo neq̄ oculus sortis vide bit se eadem ratione q̄ est peius dispositum: ante cedens patet ad experiētiam saltem per lineam re ctam et quelibet alia pars corporis est ita presens sicut oculus posti⁹ est partium penetratio ergo nul lam partem sui corporis potest videre. Item sen sibile positum supra sensum non causat sensationē ij. de anima. Respondetur negando q̄ non habeat oculum dispositum ad videndum et eodēmō de au re non requiritur q̄ partes oculi vel auris finaliter distent. Ad aliud quando arguis corpus christi nō videt seipsum: nego. corp⁹ christi in vna parte ho stie videt se in aliis partibus hostie imo in infinitis partibus hostie. Ad aliud sensibile positum supra sensum non causat sensationē. Respondetur q̄ ar gumentū non concludit q̄ et si sensationē non cau set vbi est respectu illius partis oculi potest causa re in alia digitus christi est simul cū oculo ei⁹ i vna centesima parte hostie digitus ille potest sensationē in oculū existentē in alia parte hostie causare dato q̄ idem digitus sit in alia parte hostie et sic natu raliter sensibile positum supra sensum causat sensa tionem. Accipe analogiā si sortes esset rome et pa risius et vnum lignum parisius esset applicatum pedaliter ibi distans et idem lignū rome sup oculū sortis iam est sensibile supra sensum et tamen cau sat sensationem q̄ bene sequitur causat sensationē parisius: ergo causat sensationem philosophi. pro positio est intelligenda nullo ꝓsupposito miraculo non causat sensationem vbi est adequate volo dice re si corpus sortis esset i loco pūctuali ad imagina tionem ibi non videret se naturaliter sed extrisecū bene. Contra oculus xp̄i habet obstaculū sup ocu lum scz pedem ergo non potest videre fm natura les. talpa non potest videre q̄ habet pelliculā sup oculum perpetuo. Preterea omne quod videtur sub piramide videtur cuius basis est in re visa et co nus in oculo fm perspectiuos sed sic non est ibi: g̃ ibidem corpus christi non potest videri a nobis.

Ad primum respondetur negando q̄ habeat obsta culum super oculum hoc est impedimētū nulla ps corporis christi penetratiue cū oculo eius armoniā rīdit nec impedit quēadmodum i corporibus aliis et hic est aliud speciale. Ad aliud perspectiuorum negant communiter loquentes illā ꝓpositionē vni uersaliter dictā q̄ nō tenet ipiarum q̄n visibile est sacramēraliter in loco in argumēto multi sunt me andri ponamus corpus sortis diffinitive in loco si cut corpus christi. primo est dubium q̄ idē accidēs numero naturaliter erit in diuersis subiectis. secun dum est dubium q̄ videt q̄ ibi erit infinita species intensiue in medio. Contra primum arguo et po namus q̄ christus non impediat suū corpus ne pro ducat suas species in medio vel sit corpus sortis i loco cum vna simili hostia. Arguitur sic. quelibet pars corporis christi est penetratiue cū alia fm po sitionem vnam: ergo corpus christi est in infinitis lo cis q̄ in qualibet parte hostie illius habentis infini tas partes. Capiat digitus in tribus partibus ho stie in vna parte producit suas species per totū me dium orbiculariter/nō potes dicere in vna parte si cut ignis producit calorem q̄ paries orbiculariter producit suas species sic scz q̄ quelibet pars pari etis in qualibet partem medii producit species cui⁹ probatio efficax est q̄ vbicunq; in medio illo hīte species ponitur oculus potest quācūq; partem vi dere q̄ in qualibet parte sunt species q̄ nō ꝓpter aliud ponuntur: ergo eodēmō de quolibet alio visi bili. et non est maior ratio q̄ producat suas species in vno loco q̄z in alio igitur/rursus si sortes esset ro me et parisius in vtroq; loco producit suas species et duplas species quas produceret in vno loco. pa tet ex deductis in questione precedenti: ergo si que libet pars corporis christi et totum corpus sit in in finitis partibus vel pluribus producit suas species et eadem numero. si dicas alias numero distictas propter varium aspectum celi contra ponatur ea dem influentia in duobus locis vel sic et apparen tius tunc erit infinita species intensiue in medio ta men digitus in vno loco produceret species alicui⁹ intensionis et in alio loco tante intensionis et i infi nitis locis est ergo producit infinitas species inten siue dicis satius est tenere modum sancti thome ex

Universidad de Deusto
Biblioteca



antiquozum q requiratur modus quantitatiu⁹ ad hoc q corpus producat suas species sic dices quā docunq occurret tibi argumentum q diluere nescis dices satius est tenere oppositum sic flante borea curres ad austrum et flante austro mox te conuertes ad bozeam . potes cōcedere illatum q esset infinita intensiue si agens relinquatur sue nature et hoc ego concedo et q quelibet pars .ſ. digitus decima pars digiti producit infinitam speciem intensiue . nō insisto de visione cāta ab illis speciebus et ō modo vidēdi corpus christi quomō ibi videatur. dico q oculus bene videt corpus christi in eucharistia eo modo quo ibi existit ſm positionem de existentia corporis christi dicatur consequenter . Itē ponatur sortes sicut est corpus christi in eucharistia extensus in ordine ad totum naturaliter sibi relict⁹ videtur q potest diuidi ergo diuidetur in oēz suam partem concurrat deus ſm omnipotentiam ei⁹ ad illam diuisionem omnes ille partes erūt in eodem loco ergo q̄ ratione vna pars diuidetur z quelibet/ resistentia nō sufficit cum deus de potentia etus absoluta ad hoc concurrit. si dicas ponitur infinita resistentia/ponatur q deus etiam actiue concurrit cū sua omnipotentia absoluta ergo tūc supnaturaliter continuū in omnem suam partē diuidi est possibile qđ implicat tenēdo q nō cōponatur ex pūctis democriticis istud non mouet contra modū de existētia corporis christi i eucharistia cui magis adhereo pcpterea directe non est cōtra dicta mea solutiōez q̄re tenendo alium modum z si consequēter interō hūc modum tueri elaboro conducit nōnūq̄ aliqua tibi relinquere vt vires igenii tui experiaris vna solutio subtiliter a te excogitata plus ingenium tuū illustrat q̄ decē quas reputas superficiales ab aliis Istozum solutionē tibi relinquens pgo ad propositum dubitas quomō nō diuidit̄ corpus christi ad diuisionem hostie et augetur dubitatio per berengarium sed illo capitulo ego berengarius circa medium dicitur q corpus christi frangitur dentibus atteritur. Respondetur q presbiter ex trāsuerso tripartiēs hostiam corpus christi non frāgit quēad modum frangens speculū imaginē in eo non frangit. sed si diuidatur in octo partes bone magnitudinis in earū qualibet manet simulachrū integrum sic de corpore xp̄i est siue effigies illa realiter sit in speculo vel non sufficit ad manuductionē intellectionis nostri propositi. Realius dicā vt potes melius capere ponantur tres superficies super se iuicē a b et c stat q quis ex transuerso diuidat a et c cum gladio qui gladius transit per b medium et non diuidetur b sicut duo corpora in celo se penetrāt non gloziosum potest esse cum glorioso. corpus christi ibidem hab⁹ et dotes et sic non diuidit̄. ad confessionem berēgarii dicit apparatus caue hic ne incidas in peiozem errozem q̄ berengarius/est sermo de fractione specierum z dentib⁹ atterunt̄ vel /sic corpus christi est in dentibus et realiter in ore et hostia fracta in partis partibus est corpus christi hoc sufficiebat contra berengarium qui realem presentiam corporis xp̄i negabat in hoc sacramento.

## Distinctionis decime questio vltima.

VTrum aliq̄ creatura potest mouere corpus christi prout existit in sacramento. Pro solutione questionis ponuntur aliq̄ que propositiones. ¶ Prima est apud multos cōmunis sacerdos vel laicus leuās hostiā nō mouet corp⁹ christi. probat. quādo aliqua duo mobilia sic se habent q motor non potest leuare alterum diuisim in parte vel in toto/nec coniuncti ſz sic est q si corpus christi maneret in aere sicut manet in hostia vel in vacuo presbiter non potest mouere corpus christi igitur. Forte dicis hoc magnū pondus non potest trahere sortes sine curru tamē pondus potest trahere in curru vel naui onusta vt artificiose venetiis fit in extremitate eridani hoc non valet cum excludit in maiore p hoc qđ dicitur in parte vel in toto/dicis sortes non potest mouere duas alias intellectiuas separatim in parte vel i toto et tamen potest eas mouere coniunctim quando informant materias trahendo sortem et platonem mouet eorum animas adde in maiore et nō se hīt sicut actus et potentia vel sicut subiectum et accidens vel naturalem colligantiam qui mouet vnum mobilium contigenter et voluntarie cōiunctoz et non naturali colligatiōe non propterea mouet reliquū sic est de eucharistia et corpore christi igitur. et est simile si angelus determinat se voluntarie esse cum lapide a mouens lapidem nō mouet angelum sed ipsemet angelus Quicqd sit hec pbatio est ineficax et minoz negaretur nichil obstat qui presbiter quantūcūq̄ debilis potest mouere corp⁹ christi diuisim et causa est cum est donatum dote subtilitatis et si in eo sit grauitas illa nō resistit sicut actu nichil ponderat aqua nisi extra suam spherā sed in hoc est discrimen elementum resistit attractioni extra suā spheram corpus glorificatū nullibi resistit exerceno grauitatem ergo si corpus vnum glorificatū relinquatur sue nature nichil obstat qui leuetur a presbitero vel alio. Prima p positio. Secūda p positio.

¶ Secunda conclusio aliqua creatura potest mouere corpus christi vt est in eucharistia. pz. batur. anima christi potest mouere corpus christi. patet. est sufficienter motrix sicut quecunq̄ anima corpus christi mobile z dote agilitatis donatum q̄ aptissimum ad mouendū q̄ potest anima ip̄z corpus mouere organice vel non organice cū eadā anima nūero intellectiua est potentia organica qz i aliqua operatione vt in visione vtitur organo et potentia non organica qz in actu voluntatis et intellectus nō vtitur organo saltē non oportet / pōt mouere non organice hoc est omnes partes eq̄ pmo subito potest suū corpus mutare organice potest mouere hoc est primo vnam partez et postea reliquas non sequitur hec anima est potentia non organica ergo non est potentia organica infinitabatur tale predicatum a negatione infinitante et ppterea non aſ a regula .ij. peryarmenias. Tertia p positio.

¶ Tertia conclusio anima christi cōcurrit semper actiue ad motum sui corporis dum mouetur in eucharistia. pbatur: semper ē determinatio dei q maneat cum eucharistia: sed deus partialiter concurrit ad illū motum sicut causa prima et voluntas creata xp̄i hoc vult et se conformat voluntati diuine/nec patet ratio quare non debeat coagere licet deus non egeat ope causarum secundarum in causando non impedit eas vt proprios motus agant dans nobis exemplum mutuo suffragari. ¶ Quarta conclusio: apud omnes leuans hostiam ab altari vel ali unde est causa sine qua non mouetur corpus christi patet illa causa posita mouetur corpus christi si nō poneretur quiesceret eucharistia: igitur. ¶ Quinta conclusio: corpus christi mouetur in eucharistia: p batur: presbitero leuante corpus christi ab altari ad verticem capitis corpus xp̄i incipit esse in loco in quo prius non erat puta in aere super caput presbiteri: et licet eēt idem aer qui erat super altare imediate est alius locus per equiualentiam /deserit terminū a quo: ergo mouetur localiter etiaz successiue ducitur ad caput presbiteri alioquin dabis separationem inter corpus xp̄i z eucharistiam. Rationes durandi contra hanc conclusionem apparentiā nullam habent quando corpus xp̄i incipit eē in eucharistia nō mouetur: ergo nec in leuatiōe: cōsequētia est nulla cū in prima nō reliquatur terminus a quo vt dicit beatus aug. in expo. psal. liiij. donec finiaſ scīm surſum est dñs. etiam nō transit p medium. secus est in proposito. Scōo arguit nō frangitur corpus xp̄i fracta hostia: ergo nec mouetur: nego consequentiam cōsequs ē oīsum falsum et aīs verum sicut dicitur in sequentia huius corporis sumit vn⁹ sumunt mille tm̄ iste q̄tum ille. ¶ Sexta conclusio corp⁹ xp̄i naturaliter mouet motibus p̄rīs: pbatur hostia ascēdit edimburgi et alia eoō tpe adequato descēdit hadingtone et idē corpus xp̄i ē in illis duabus hostiis igf. q hoc sit naturaliter et nō miraculose p3. si sortes poneretur in duobus locis in ninive et in babilonia caldeozū pōt vtrāq̄ vbē relinquere obuiādo in medio z hoc naturaliter motu pgressiuo a motore itrinseco. ſ. aīa. sicut ignis de nouo creat⁹ z miraculose naturaliter calefacit nō vz dicere p accīs ad motū alteri⁹ seclusa hostia z corpore exīte in duob⁹ locis illō seqtur petit an p̄supponit miraculū. Dico noia sign̄t ad placitū in quid nois miraculi solet addi insolitū z sic nō est miraculū. ¶ Septima conclu° dū hostia rotūda vel circularis giratur sup suo cētro corpus xp̄i nō mouetur p3: manet sp in eodē loco et q̄libz ps eius: igitur si hostia fuerit trigona tegragona pētigona extogōa vel qualitercunq̄ multiangula in partibus remotaſ a centro signabili mouetur. ¶ Octaua conclusio interdū hostia mouet et corp⁹ xp̄i cōtētū in hostia nō mouet. p3 si circulariter moueat hostia sup suo centro tunc corpus xp̄i nō mouet per p̄cedentē z tū hostia mouet qđ p3: quelibz ps hostie est i alio z i alio loco: ḡ mouet lz tota maneat in eodē loco/nō aliās celū solis mouet cū totū celū est sp in spera martis



Idem de mola fabri. Sed forte dicis: quelibet ps hostie est in alio et alio loco: ergo tota hostia: patet si quelibet pars acquirit nouum locum: ergo omnes partes acquirūt nouum locum omnes partes sunt hostia ḡ hostia acq̄rit nouū locū. Itē due p̄me ptes ꝓportionabiles acq̄rūt nouū locū tres prime q̄ttuoz q̄nq̄ et sic de q̄busc̄uq̄ finitis ḡ totū acq̄rit nouū locū. Amplio. signem⁹ totā hostiā dēpta pte digitali vel minori q̄ dicaſ a reliqua ps b totū b acquirit aliū et aliū locū ḡ totū alioquin pua ps b impediet cū sp a maiore dz esse denoiatio et separet a a b tunc habebit q tota hostia mutabit locū. Ad p̄mū nego argumentū dato etiā q hec ptes acq̄rant nouum locū z hee ptes sunt hostia nō sequit q hostia acq̄rat nouū locū sed solū hostia est acq̄rētia nouum locū vel ptes acq̄rentes nouum locū alioqui maioz extremitas nō predicabit in cōclusione. sc̄oz argumentū est solutū. Ad tertiū non semper a maiore parte est denomiatio argumentū nō hz apparē tiam de separatiōe cū pars erit totum.

## Distinctionis vndecime questio prima.

QVeritur circa hanc distinctionem vndecimam an panis transsubstantiat̄ in corpus dñicum. Circa hanc questionē declarabit̄ vnus terminus et ponent̄ conclusiones q̄ impugnabunt̄. Terminus est transsubstantiatio. ij. de celo loquendum est vt plures/theologi vtuntur solum illo termino circa sacramētuz eucharistie quo circa nō oportet exacte querere diffinitionem conuertibilez cum diffinito mediante quacunq̄ copula sed diffinitur vt diffinitio cōpetat transsubstantiationi quavtimur et sic Transsubstantiatio est substantia desinens totaliter esse loco cuius alia substantia immediate succedit. Substantia ponitur loco generis licet non sit verum genus eius postq̄ est termin⁹ absolutus et transsubstantiatio connotatiuus sed placuit amplius ponere q̄ mutatio vel motus quia q̄ſ piam dubitaret que res est transsubstantiatio nō est transmutatio ad locum si corpus nullibi esset in rerum natura inciperet in ,platione istozum verborū esse sub istis speciebus nec est nunc motus localis quando incipit sub sacramento quo fit in transsubstātiatione non est necesse aliquid incipere de nouo: nec panis transsubstantiatur in deitatē cum illa ē vbi q̄ et non fit ob desitionem alteri⁹ substantie nisi dicas sufficit incipere esse sub speciali modo. vlteri⁹ patet panis transsubstantiatur in sanguinem sed nō primo similiter vinum in corpus concomitanter: nec oportet materiam panis in materiam corporis christi et formam in formam transsubstantiari sed totus panis in totum christi corpus transsubstantiatur/totaliter capitur vt sit aduerbium de totus sincathegoreumatice hoc est secundum qualibet partem eius si habeat partes/loco capitur pro loco vero vel imaginario quia si vna substantia desinat totaliter esse parisius et alia incipiat esse rome non est transsubstantiatio: et dicitur immediate quia si mediat tempus magnum non est trāssubstantiatio

Universidad de Deusto
Biblioteca



et hoc satis sonat vis vocabuli. transsubstantiatio quasi vna substantia in aliam transiens sed ad quem sensum transit ex dicendis infra patebit: ita q̄ in effectu est dicere. Transsubstantiatio p substantia supponit cōnotando illa q̄ ponunt in diffinitione eius puta q̄ desinat eē et loco eius alia succedat. Terminus imediatus in transsubstantiatiōe panis est corpus pro altera parte ꝓpositi/ in triduo anima non fuisset vi illius consecrationis hoc ē corpus meum si petrus tunc consecrasset/ ꝓcomitāter nunc est anima sanguis diuinitas et alia que a corpore non separant. in consecratione vini/sanguis ē terminus immediatus et alia cōcomitanter consequūtur. Ex hac diffinitiōe infero corelaria. primū est: quelibet substantia creata in qualibet substātia creatam non cōicantem secum in parte trāssubstantiari potest. hoc patet ad hoc nil aliud requiritur ni si q̄ prior substantia desinat et alia succedat vice ei⁹ et ita potest eē in oīnibus/restringebatur dictus nisi secum cōicet in parte: forma substantialis non pōt transsubstantiari in totū cōpositus: q̄ patet: q̄ alias forma desinente esse totum cōpositum eē esset possibile quod est falsum. Scōm corelariū: deus nō potest transsubstantiari: patet quia non potest desinere eē igitur. Tertium corelarium si albedine desinente eē sequeretur loco eius nigredo non ē transsubstantiatio: patet: hic nō mutat. substantia in substantiā sed potius eē t transaccidētatio etiam si accidens in substantiā mutetur. vel ecōuerso trāssubstantiatio: deficiente ꝓnotatiōe termini positiui deficit eius suppositio. Quartum corelarium qñ aer mutatur in aquā non est transsubstātiatio: ptz: quia non desinit aer scōm se et quodlibet sui materia eadem numero manet sub forma aque interdū substātia in substantiā mutatur accidens in accidens mutari pōt et substātia in accidens et ecōuerso ista mutatio sub nulla specie motus tacta a philosophis includitur nec est generatio: quia lz in ea sit mutatio huius totius in hoc totum hoc est cathegoreumatice totius q̄ forma generatur totū cōpositum̄ generatur vt pz per eius diffinitionez non est corruptio cum in vtroq̄ termino conuertibilium manet eadē materia et ita currendo per alias species motus.

Prima ꝓclusio. secūda ꝓ° iij. concl'.

¶ Istis notatis pono tres conclusiones. Prima ē possibile est substantiam transmutari in substantiā. ¶ Secunda conclusio panis p nullam potentiam potest esse corpus christi. ¶ Tertia conclusio: panis transsubstantiatur in benedictum corpus christi. Prima conclusio probatur: deus potest destruere substantiam secundum se et quodlibet sui et aliā producere loco illius igitur. Secūda cōclusio probatur: panis et corpus xp̄i specie distinguntur: ergo panis non pōt eē corpus xp̄i. tenet cōsequentia: q̄a res de specie essentiali in essentialem mutari nō potest. Preterea da oppositum panis potest eē corp⁹ christi illa est modalis diuisa possibilis per te tunc ē necessaria posq̄ nullum extremum eius restringit Idem eēt michi quando eēt contingens: ergo sua de inesse est possibilis puta hec/panis est corp⁹ christi et sic oportet q̄ idem numero sit panis et corp⁹ christi. Forte assis dicis illa nō est sua de ineē sed ista hoc est corpus christi hoc in primis non valet posq̄ subiectum est terminus absolutus qui frequenter debet stare in propria forma ponendo illam de inesse saltem in proposito: patet intelligenti: hoc nō contingit in proposito. secundo non euitat argumentum. Quero quid demonstras quando dicis ☧ est corpus xp̄i/vel illud erat panis et sic habetur q̄ panis est homo. si demonstres corpus xp̄i quod nūq̄ erat panis notum ē intelligenti q̄ non das suam de inesse. Tertia conclusio non potest probari nisi auctoritate sanctorum: et hoc patet extra de sūma trinitate et fide catholica. firmiter. et extra de celebratione missarum. cum marthe. Dicis hec est falsa panis est materia eucharistie: eucharistia non est quouscq̄ corpus xp̄i contineatur sub illis specieb⁹ et tunc non est panis. eodemmodo de inesse oīdit hanc de futuro falsam panis erit materia eucharistie. sed ad hunc sensum admittatur panis est materia eucharistie/ panis presupponit ad ☧ q̄ fiat hoc modo eucharistia. preter rationem est modus dicendi q̄ panis materia mutatur in corpus xp̄i sicut alimentum in alito virtute diuina: tam corpus xp̄i immoderatum corpus haberet quod est absurdum nichil conuertitur in corpus gloriosum: et licet xp̄us realiter comedit post resurrectionem illud resolue batur in aliam materiam: nutritio non est de ratiōe comestionis sed in os intrare et descendere in stomacho licet statim eiciatur per vomitum vel secessus et quia angeli non habent ventres non comedūt: male coaptat dicta damasceni libro quarto capite. xiiij. licet male quotet vel ōt quomodo naturaliter per comestionem panis/et vinū et aqua per potum et corpus et sanguinem bibent ⁊ credentis transmutatur. ex verbis illis vult solum q̄ ibi ē trās mutatio vini et panis in corpus et sanguinem patet intelligenti damascē. deficit in alio q̄ non mutetur corpus per alimentum conuersum in alitum cōstat q̄ non manet primo identitatis ⁊ per conseqns non conuertetur in corpus gloriosum vbi dicit modum cōmunem non intelligibilem oppositum ē verum et suus modus multas absurditates inuoluit ⁊ explodendus est: sicut deus facit suum corpus esse sub speciebus panis et vini prolatis terminis et non pertranseundo per medium sic potest facere q̄ cibus assumptus in stomacho iu palestina sit statim post hoc in tapzobana. ¶ Et quia prima conclusio est perspicua Contra secundam arguo: ipsa est contra beatum ambrosium in libro de sacramētis qui multis argumentis astruere nititur q̄ hec est possibilis panis, est corpus christi: probat q̄ ex virga moysi factus est coluber que specie essentiali differunt. Confirmo illud: vxor loth vt dicitur in genesi vicesimo nono capitulo: conuersa est in effigiem salis. et rex assiriorum nabuchodonosor in bouem. danielis quarto. Preterea corpus christi potest accipere panem in vnionem ypostaticam sicut deus vniuit naturam humanam: et tunc illa erit vera aliquis panis est corpus christi. Respondetur supponamus cum aristotele modum illorum philosophorum falsum/tenentiū materiā esse totam substantiam rei licet naturaliter difficile esset illum improbare ꝓcederet istas asinus potest esse bos ignis potest esse aqua accidentia alia requiruntur ad esse asini q̄s bouis hanc negaret asinus est bos nec ē sua de inesse sed hec hoc est bos demonstrando bouez qui ante realiter erat asinus mediate vel immediate bos asinus et termini quos absolutos vocamus reputaret connotatiuos. Iste modus est hereticus de homine vt fide constat et preter rationem i aliis propterea quo ad hoc supponamus modum aristotelis. dico q̄ beatus ambrosius vult ostendere quo nā pacto virtute diuina vna substantia potest i aliā mutari non sicut album potest esse nigrum quia eadem res numero que est alba est vel potest esse nigra. secus est de serpente et virga et pro modo loquendi idem ē apud aristotelem in metheoris. et in de generatione concedit vnam substantiā in aliam corrumpi et generari/aer in aquam conuertitur nō q̄ eadem res que est aer possit esse aqua sed q̄ aqua aeri succedit/sic corpus xp̄i substantie panis succedit: sed discrimen est de aere et aqua et in proposito quia in primis manet materia cōmunis hic antē non sed desinit esse secūdum se et quodlibet sui panis/sic de virga moysi eadem materia numero que informabatur forma virge informatur forma serpentis et econuerso et hoc miraculose magi pharaonis virtute demonica illud apparenter vel vere fecerunt sed non est argumento cure quid intereat inter vera miracula moysi in exodo et miracula magorum. sufficit q̄ non aliter fit virga serpēs nec ecōuerso plusq̄ aer fit aqua / et sic aqua conuertitur in vinum in chana galilee: forte manet materia que erat aque/informata forma vini. et pariforma negatur q̄ nabuchodonosor erat bos vel vxor loth effigies salis in sensu quem pretendit argumentuz nec est litteralis: sed quia mortua est quia retro aspexit ad sodomiam et conuersa est in statuam salis id est ymago sapientie. et illud quadrat verbis xp̄i. luce xvij. Memores estote vxoris loth et astipulatur sedulius. Loth sodome fugiente chaos dum respicit vxor In statuam mutatata salis stupefacta remanet Ad penam conuersa suam q̄ nemo retrorsum: Moxia cōcepti vitans discrimina mundi Aspicies saluandus erit nec debet arator dignum opus exercens vultum in sua terga referre. Nabuchodonosor conuersus est in bouem id est in bouinam mentem. xxiij. questione quarta. nabuchodonosor. de⁹ propter superbiam eius ita eum priuauit ratione. simile scribit beatus augustinus ad bonifacium: ⁊ recitatur. xvij. questio. q̄rta. miror. Ex illo patet omnes tales esse impossibiles: panis erit corpus christi: panis potest esse corpus christi: et quelibet talis in recto panis icipit esse corpus christi: sed tales sūt concedende panis mutatur in corpus xp̄i vbi predicatum est hoc totum mutatum in corpus xp̄i panis transsubstantiatur in corpus christi. Sed aduerte q̄ hec est multiplex ex pane fit corpus christi vel ex dicit circunstantiam cause materialis quemadmodum dicimus: ex ferro fit cultellus et sic est falsa. vel dicit circunstantiam termini a quo et sic ē vera quia pane desinēte esse icipit hic esse corpus christi. Ad secundum vbi arguis corpus potest accipere ypostatice panem tunc illa esset cōcedenda. Respondetur dupliciter primo q̄ illa tunc concederetur quemadmodum si deus vniret ypostatice asinū iam concederetur hec: homo ē asinus sic captis terminis. Secundo dico q̄ si deus dimitteret humanitatem sicut potest de potentia eius absoluta et assumeret vnum panem tunc concedendum foret panis realiter est corpus xp̄i puta assumptum a christo et xp̄us panis per communicationem ideomatum: sed non est sic in proposito. sed adhuc instas veniale specie differt a mortali et tamē veniale potest esse mortale igitur. Rursus capio materiam et formam platonis nunc mortui et demonstro cum illis sortem sic arguendo: hec specie differunt cum nulla specie specialissima contineantur/et tamen olim erunt eiusdem speciei in resurrectione: ergo non inconuenit aliqua transire de specie essentiali in speciem. Ad primum dicitur capto veniali essentiali specie differente a mortali in illud transire non valet/aliquod veniale est eiusdez speciei entitative cū mortali licet non eiusdez speciei specialissime in genere malicie et de illo non inconuenit. Ad secundū potest quispiam dicere q̄ ille partes signate sunt eiusdem speciei specialissime cum sorte licet non cōtineantur sub homine nec asino: nec sufficit aptitudo/et sic duo homines et duo asini conueniūt specie ponendo hominem et asinum ex vna parte contra hominem et asinum ex altera: et tamen sub nulla specie specialissima continentur. Potes dicere rationabiliter etiam cum non actu contineātur sub aliqua specie specialissima non sunt eiusdem speciei nec inconuenit talia pluraliter labi de specie in speciem hoc est proprie significari per terminos absolutos quibus antea non significabantur hoc ē verificantur quia de sermone est ambages sufficit q̄ si aliquid sit eiusdem speciei specialissime cum alio ipso manente non labitur in aliam speciem et ꝓ casu principali q̄ vna res non sit alia. ¶ Contra tertiam conclusionem arguitur probando q̄ panis nō transsubstantiatur in corpus christi si hoc esset verum sequeretur q̄ panis annichillaretur: cōsequēs est contra cōmunem modum loquendi ergo et antecedens: et q̄ sequatur patet: nichil eius manet.

Preterea facilius est saluare oia ponēdo q̄ ibidez manet panis q̄ sic accidētia nō erūt extra subiectū meli⁹ est dicere q̄ corp⁹ xp̄i penetratie est cū substā panis duo corpa sunt in eodē loco. Rideā an panis annichilletur vel non difficultas est in terminis nichil eius manet sed hoc secundum cōmunem modum loquendi non sufficit sed cum hoc oportet q̄ nichil illi sic destructo succedat et sic nego q̄ panis annichilletur bene tamen desinit esse secundū se et quodlibet eius sed transsubstantiatur. quo sit si pa

Universidad de Deusto
Biblioteca



nis desinat esse localiter et nichil succedit est annichillatio non tamen si aliquid succedit. Secundo patet productio materie est creatio et non ois eius destructio est annichillatio. Tertio sequitur forma substantialis in corrupto non annichillatur / termi-
nus annichillatto illud connotat vel importat si cui
piam placeat dicere sufficit ad annichillationem q̄
totaliter desinat esse siue aliud sequatur vel ne cum
illo non est contendēdum contentiosa verba secun-
dum apostolū (et potissimum ad nomen) ad nichil
valent. ¶Secundo arguitur probando q̄ panis et
corpus christi sunt simul in prolatione verborum/
hoc est corpus meum: ista verba successiue proferū
tur: ergo in primo instanti non esse verborum inci-
pit sub illis speciebus esse corpus christi: i eodē in
stanti est panis: vel dabis tēpus mediū in quo nec
erit ibidem panis nec corpus christi: secūdum non
est dicendum ergo primum: et q̄ sequatur probo:
panis desinit esse instantanee: ergo per vltimum in-
stans eius esse. ¶Respondetur illud quod instātanee
corrumpitur potest per vltimum instans esse corrū
pi/deus potest facere q̄ vnus angelus duret preci-
se per instans: et tunc primum instās esse est vltimū
instans esse et instantanee corrumpitur. idem pa-
et ponendo instantia impribilia in tempore: inter-
dum oppositum contingit et frequenter illud quod
instantanee corrumpitur quando corrumpitur cor-
ruptum est: et potissimum quando sequitur naturā
rei successiuey in proposito primum instans nō eē
vbor. p̄secratiōis est p̄mū istās nō eē panis z p̄m ū
instās nō eē panis primū instans esse corpis xp̄i sub
istis speciebus saltem inter instantia. hoc patet i ge
neratione et corruptione: instans transmutationis
debet attribui posteriori passioni. viij. phisico.

¶Distinctionis vndecime questio secunda.

Secundo queritur circa hanc distinctionez
an possumus adorare corpus christi cathe
gorice sub speciebus panis z vini. ¶Pro so
lutione questionis quia termini questionis sunt cla-
ri declarabo in quo sensu questio est intelligenda z
ad eam respondebo vltra ea que dixi distin. v. hui⁹
quarti. ¶Nota aliqui dicunt conditionaliter corpus
christi est adorandum in sacramēto eucharistie: hoc
potest esse dupliciter. ¶Uno modo q̄ oportet adora-
re expresse cum conditionali. ¶Alio modo tacite et
istud tacite potest sic exponi: q̄ in modum opposi-
tum coincideret. ¶Multi ad pauca respicientes po-
nunt opposita in verbis et in soluēdo veniunt i ean-
dem sententiam: sed hic ad rem due sunt opiniones.
¶Una q̄ conditionaliter debeo adorare. ¶Alia cathe
gorice. ¶Propterea ponam conclusiones et eas im-
pugnabo. ¶Prima cōclusio hec non est michi evi
dens q̄ corpus christi contineat sub hostia imo nec
presbitero: patet primo: fortassis panis non est trit
ceus et dato oppositoneſcio an habet intentionem
consecrandi stat q̄ sit malus homo. ¶Item ipsemet
nescit an est baptisatus et per consequens nescit an
est presbiter. ¶Et eodemmodo ego nescio a forti
orē: non loquor nunc de certitudine morali sed in
fallibili prout tu vides. ¶Ex probatione huius sequ
tur q̄ non est certum presbitero an ipse consecret li
cet potest esse certius ipsi cē alteri: quia in quocūq̄
ipse dubitare potest: potest et alter et pluribus mo-
dis igitur. ¶Secunda conclusio adorans cathego
rice corpus christi quod credit invincibiliter esse in
sacramento eucharistie nō peccat in hoc probatur
ignorantia invincibilis excusat aliquem cognoscen
tem non suam quam credit invincibiliter esse suam
vt de iacob et lia: vel esse poterat causa est ignoran-
tia quam non tenetur vincere. ¶Huic argumēto nul
la est evasio nisi hec q̄ debet facere maiorem indag-
inem in p̄sentiarū cē de aliena postēq̄ est de ado-
ratione latrie. ¶Contra hoc arguo: mulier audiēs
predicatorem predicantem heresim cuius opposi-
tum non tenetur scire nō peccat in quacunq̄ mate-
ria fuerit igitur. ¶Sic erit in proposito postēq̄ ipa nō
tenetur scire q̄ corpus christi est sub hac hostia te-
neo: ergo q̄ mulier adorans corp⁹ christi quod ipa
credit invincibiliter eē in hostia non peccat saltez in
adorando: et eodēmodo nullus cētuncunq̄ doct⁹.
¶Contra sc̄am conclusionem arguitur talis est
ydolatra ergo peccat. ¶Arguo sic in forma: omnis tri
buens cultum soli deo debitum creature est ydola
tra sortes adorans contentum sub speciebus panis
est hmōi: ergo est ydolatra: consequētia tenet in da
rii et maior patet: quia predicatur diffinitum de dif
finitione: et pro probatione minoris ponatur q̄ pres
biter non faciat quod in se est: supponamus nūc de
per accideng corpori assumpto averbo debetur cul
tus latrie. ¶Preterea sortes debet rogare deum q̄
ostendat ei quid faciendum est et tandem ei osten-
detur q̄ si non faciat non excusatur a peccato post-
q̄ dat operam rei illicite. ¶Respondetur ad primuz
emptimēa negando cōsequentiam. ¶Aliter dicitur
negando antecedens emptimēatis et maiorē in da
rii sed oportet addere scienter est illa vera. ¶Quili-
bet scienter creatur⁹ dans cultum soli deo debituz
est idolatra/et iam minor est falsa et hoc requiritur
ad ydolatram proprie dictum. ¶Quēadmodum non
sufficit ad adulterium cognoscere coniuncta sed re
quiritur q̄ intendat cognoscere illam quā credit eē
coniunctam vel ex culpa non suam sic ē in propos
to. ¶Ad aliud argumētum nego q̄ sortes debeat ro
gare deum vt ostendat ei verum sufficit ei adora-
re corpus xp̄i quod invincibiliter credit esse hic.
¶Sed contra primum arguitur sic: quia per illum
modum sequitur q̄ machometista eēt excusatus a
suo errore et suum pseudo pphetā adorans in me
tha arabie p̄ns ē falsum et nephas ē dicere et pbo
p̄nam: non adorat illū quē credit eē creaturā saltez
cultu latrie: imo credit hoc q̄ adorat esse verum de
um et ita erit de omnibus ydolatris tartarorum et
thiopum et multorum indorum quis ē tam in sen-
sato capite qui cultum soli deo debitum tribuat illi
quem credit eē creaturam bene exterius pōt finge
re sed nō habebit actū in aīa quo vult adorare mar-



tinus in temperantia que est. de adulterio dicit im
possibile eē q̄ aliquis simul credat et velit adorare
diabolum et tū adoret deū credens adorare deum
et eum volens adorare si aliquis sortes ponatur lo
co eius talis sortem non adoret. ¶Impugnarē suaz
solutionem nisi q̄ in fine sue solutionis dicit q̄ ali-
bi determinabit. Secundo potest esse fractio in ap
pellatione rationis in qua ipse non stat. ¶Propte-
rea duo dico ista non stant volo et credo adorare
diabolum/et adoro deum posito q̄ oratio mea non
feratur in plura/alias non est questio quin possum
deum et diabolum adorare z causa est: si credo hūc
eē diabolum et volo adorare diabolum non adoro
deum: volo et adoro important actum anime inte-
riorem denotatur q̄ oratio feratur in deum ratiōe
dei q̄ est cōtra casum. ¶Secundo dicitur et hoc est
ad rem illa stant simul volo adorare diabolū z deū
adoro/volo adorare deum et diabolum adoro/ ca-
piamus iacobum alphei fratrem dñi petam ego a
circumstantibus quis est christus et dicant michi ia
cobus est ille et quicquid sit de isto casu de quo hol
kot et sui conferentes luctantur cū adoratio eucha
ristie est solita possū ibi cathego^ce. adorare et p̄ b̄
potissimum laboro/bona est apparentia tamē de cā
su iacobi et christi dum christus viator erat: secus
nunc est si quis appareret noīe christi, volo adora-
re xp̄m et credo adorare xp̄m/z iacobum adoro q̄
p̄z expositorie: hunc adoro demōstrando iacobū hic
est iacobus q̄ iacobum adoro/et tamen si peratur a
me quem adoras respōderem xp̄m z sic crederem
me adorare christum et volo adorare xp̄m. ¶Istud
patet per magistrū sententiarū in. iiij. di. xxx. ca. j.
vbi hec tangit verba magistri sunt hec hodie etiam
excusaretur ille cui iussio vxoris sororꝫ lectulū suuz
ingressa se subiicerit que tū sine spe coniugii perpe
tuo manere censeatur ille tū qui cognouit eam per
ignorantiam excusatur q̄ō per simile pbatur. si eēm
diabolus transfigurans se in angelū lucis credatur
bonus non est error periculosus. ¶Et sequitur si q̄s
hereticus nomine ambrosii vel augustini alicui ca-
tholico se offerret cūq̄ ad sue fidei mutationem vo
caret si ille assentiret in cuius sententiam fidei dice
retur consensisse non in hereticorum sectam sed in
integritatē fidei quā ille hereticus se mentiebatur
habere. ¶Hoc notato respondeo ad formam ar-
gumenti negando q̄ machometista et gentilis sunt
excusandi: et quando probas gentilis credit se ado
rare deum profecto illud cōcedendum est/gentilis
adorans simulachruz magog illud cuius erat yma
go adorabat et ille magog ab eo creditur esse deus
sed hoc eum non excusat a peccato/non debuit illō
credere sufficienter erat ei ostensum q̄ magog non
erat deus. ¶Eodemmodo de machometista qui iz
non credat machometum esse deum/sed deum esse
deum non est excusandus/semper i peccato residet
non peccat in hoc q̄ credat deum esse deum sed in
hoc q̄ xp̄m non credit esse deum z non operatur se
cundum eius doctrinam: etiam credit illum ange-
lum sathane machometum fuisse prophetā. ¶Rur-
sus ad ydolatriam sufficit non dare illi cultū latrie
cui quis tenetur et quando tenetur machometiste z
stithe sunt: hmōi non dāt xp̄o cultū latrie: et licisti
cidē cēntialr cū xp̄o dāt cultū latrie hoc nō sufficit/
requiritur q̄ velint colere xp̄m latria q̄ xp̄o dāt cul-
tum latrie p̄z: huic deo dant cultum latrie credunt
deum esse deum et vnum deum hic deus est xp̄us:
ergo. ꝛc. ¶Et concedo q̄ si faceret q̄ in se est christ⁹
sua benignitate ostenderet ei viam salutis et eum
ab erroze revocaret. ¶Sed postq̄ est relictus in ma-
nus arbitrii sui z non recte credit nec se disponit cū
pharaone meretur indurari. ¶Secus est credere an cor
pus christi sit in sacramento eucharistie vel euz ibi
adorare hoc non est essentiale fidei adorare christū
vel christi corpus habens partes extra partes i ord-
ine ad totum vel partes penetratiue sicut ante te-
tigimus. ¶Ad veritatem fidei et boni christiani suffi
cit q̄ adoret corpus christi ibi contentum vel illud
quod ibi credit invincibiliter contineri siue sit siue
non sit non minus meretur duo adorant et vn⁹ cor
pus christi in hostia et alter illud quod continetur i
hostia puta panem quem invincibiliter credit eē cor
pus christi et equaliter merentur sufficit q̄ si sciret
ibi non eē corpus christi nō vellet sic adorare sicut
duo quorum vnus cognoscit propriam vxorem vt
generet prolem ad cultum dei ampliandum et al-
ter alienam suppositam eo inscio locovxoris equa-
liter merentur / siue secundus vocetur adulter siue
non postea aperietur. ¶Eodem modo si vocetur ille
cathego^ce adorans ydolatra vel non ad nomē spe
ctat sed satius est dicere nec vnum ydolatram nec
alium adulterum sed in re quocunq̄ nomine voce
tur non in hoc peccat. sufficit vetule credere banc
vniuersalem. ¶Quicquid mater ecclesia credit cre-
dendum est et cum hoc illa que scire tenetur expli-
cite inter que non cadit illud explicite credendum/
corpus christi est i hac hostia doctor theologus nō
teneꝫ illam explicite scire sed tenetur talem reuerē
tiam facere ac si certus esset q̄ ibi est corpus christi
postq̄ vidit panē quē credit triticeū et debet repu-
tare presbiteruz esse bonum nō dz dubitare ibi esse
corpus christi sacrum. ¶Petis quare non adoras
corpus christi in stomacho assumentis sicut in pixi
de. ¶Respondetur non est tanta certitudo q̄ ibi sit
corpus christi fortasse species corrupte sunt etiam
ne videamur adorare hominem secus est de crea-
tura pixide vbi non est tanta apparentia adoratiōis
q̄n cōiungunt hostie quarū aliq̄ sunt consecrate z ali
que nō / feratur adoratio in corpus christi quod est
in illa multitudie sicut esset quādo vna pars panis
est consecrata et non reliqua. ¶Cōcludendo volo di-
cere corpus christi est sub hac hostia non est de fide
non sequitur ex omnibus contentis in fide nec per
ecclesiam determinatur nec ex scientia et fide simꝫ
¶Non obstante possum assentire illi sine formidine:
quemadmodū bona vetula assentit sine formidine
huic: christus lanceatus est ante mortem per pre-
dicationem prelati augustini vel ambrosii vel repu
tati talis vel inferioris: sed ista non est de fide quia

Universidad de Deusto
Biblioteca



falsa imo sua contradictoria determinatur per ecclesiam/eodemmodo dico in proposito mulier debet conformare se conclusioni illius sillogismi. Cuilibet propositioni predicate a meo prelato viro docto et bono cuius oppositum non teneor explicite scire esse de fide est credendum xps est lanceatus ante mortem est hmōi:ergo huic est credendum: hec consequentia est bona maiori et minori sine peccato imo merendo potest assentire:ergo et cōclusioni. Eodēmodo ħ q̄lz presbiter dicens verba cōsecrationis cum intentione debita super debitā materiā facit corpus christi esse hiciste presbiter demōstrādo sortem vel alium est hmōi igitur. maior est nota:non debeo dubitare minorem licet pluribꝰ modis potest esse falsa est michi certum certitudie morali q̄ non debeam dubitare:patet. Nullus dz malum de proximo credere anteq̄ probetur .ij. quest. j. deus. iij. questio. viij. iudicantem. et. xj. quest. iij. in cunctis. patet alias nō debeo facere ei confessionem meam nec ab eo capere sacramentum eucharistie si dubitarem debeo ergo conformare me conclusioni huius sillogismi. Forte dicis multi dicunt q̄ presbiter non debet leuare hostiam aliquo pacto populo ante consecrationem ne populus adozet et ydolatret et peccet: ergo populus ydolatriam cōmittit ex ignozatione inuincibili. Respōdetur quicquid alii dicunt non insisto/ dico q̄ non debet leuare quia daret ex sua negligentia occasionem ydolatrandi sed populus ante cōsecrationem adozās nullatenus peccat. profecto durum est dicere propter maliciam presbiteri non consecrantis et corpꝰ dñi leuantis populus cadens pronus ad genua et adozans cathecᵉ peccaret plusq̄ alius populus cathego. et vere adozans corpus christi in alia hostia realiter. Non tamen approbo modum altissio. dicentꝭ presbiterum debere hostiam non consecratam porrigere petenti eucharistiam in casu.

Itēlicz legatur q̄ apostoli cōicarūt sub sp̄ebus panis nūq̄ legit q̄ sub sp̄ebus vini cōmunicarūt aliis vnde actuum scōo dicitur de cōuentu ad fidem q̄ apostolos: erant autē pdurantes vnanimiter in templo ꝛ frangētes circa domos panem: glosa interli. id ē sctm. illud erat diffinitum constātie q̄ nō est de necessitate salutis cōmunicare sub vtraq̄ sp̄e ꝛ vetitum laicis sub sp̄ebus vini cōmunicare. Itē si fuisset de necessitate salutis dānabis sanctos patres a mille ānis qui nō cōicarunt nec docuerūt alios sub vtraq̄ sp̄e cōmunicare. aliqua circa hoc sacramentum sicut circa alia sunt indisp̄sabilia saltem ab homine vt minister sit p̄sbiter materia sit panis triticeus vel vinum azimus vel fermētatus. christus in cena sub vtraq̄ specie ministrauit apostolis suū corpus qui ēt erant sacerdotes/ sed q̄ hoc vniuersaliter fuerit obseruatum postea ab apostolis vl' eorum successoribus non legitur: licz apostolus vt patet per glo. p̄me cozinth. xj. hoc obseruauit ꝛ fertur q̄ cozinthii adhuc hoc obseruant. Idem patet iohannis sexto per postillatozem. non debemus in omnibus imitari christum in factis vel apostolum patet de ieiunio quadraginta dierum christi nichil comedendo: de virginitate dedit corpus suum post cenam. ꝛ apostolus dicit ad thim. o. iij. oportet episcopum esse vnius vxoris virum: ecclesia inhibuit cōmunicare sub vtraq̄ specie magnum vinum nō sufficisset magne parochie opus fuisset magno vino pro eccl'ia sancti egidii edimburgi in partib⁹ septētrionalibus non est copia vini nec fuisset conseruatum bene quin ad acetum tetēdisset vel aliq̄ animalia fuissent genita in nauiam capientium ꝛ quomodo fuisset delatum a beruito ad glegoznum: interdum in quadruplo remotius: patet in dimbaro adhesisset barbis hominū: ꝛ per consequēs rationabiliter est vetitum illa nō contingebāt in primitiua ecclesia vbi homines erant discretiozes caritas maioz et pauciozes: aliqua expediunt pro vno tempore que pro alio nocent. de tempore non habemus nisi nunc quarto physicozum.

## ¶ Distinctionis decime tertie questio secunda.

Queritur de modo celebrandi. ¶ Respondetur multa de modo celebrandi tangūtur. de cōsecra. dist. prima. sicut nullus nisi sacerdos potest consecrare/ita nō debet eē celebratio nisi in locis consecratis nisi summa coegerit necessitas. patet in capitulo sicut non alii. ista necessitas exponitur in c. concedimus. ibi dicitur in concilio tribariensi si ecclesie fuerit destructe incendio in capellis permittitur cōsecrare quousq̄ ecclesie restaurentur etiam in itinere si ecclesia defuerit sub dio licet celebrare dūmodo tabula altaris consecrata cetera sacra misteria ad illud officium pertinentia affuerint: ꝛ illud permittitur secūdum legē communem: nō videtur idem in naui que est in mari q̄ tocunq̄ tēpore dummodo non p̄z accessus ad terram tales excusantur ab auditione misse esset periculuz effusionis sanguinis christi: vbi caueretur ab illo periculo potest celebrari. dixi dummodo nō patet accessus ad terram ob piratas et tales qui nō excusantur a sanctificatiōe diei dñice de audiēda missa nisi quando habent rationabilem causam ibi manendi. fortasse descendēdo in terram essent intiq̄ empti ſufficit etiam facultas episcopi p̄z in c. missarum: corporale debet esse in puro lineo vel lintheo ab episcopo consecrato et non in serico vel alio pāno: patet in ca. consulto oīm. hoc sigt sindonē mundam qua christus inuolutus est in sepulchro. Calix sit de auro/argento/vel stanno: eos ꝛ auricalcum erugine faciunt et vomitum causant. ca. vt calix. q̄re nec lignum nec vitrum nec alia materia ab illis tribus enumeratis est sufficiens licet in capite hoc dicatur duo debent interesse celebrationi quia dicitur dñs vobiscum/ꝛ orate pro me: consuetudo iuris positiui humani optima interpres hoc euacuauit: altare debet esse de lapide. ca. altaria. sine sacris vestibus non debet celebrari. ca. vestimenta. specialiter sine manipulo et stola. non debet celebrari sine luie aliquis ꝓpterea sacerdos fuit p̄uat⁹ beneficio. de

Respōsio ad q̄stionē



celebratione missarū cap. vltimo. eucharistia debet seruari in loco mūdo et honesto firmiter clauso cū lāpade vel cera illuminata. q̄ sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumē vite Johā. viij.

¶ Preterea aduerte iacobus frater dñi modū celebrationis p̄m⁹ instituit de consecratione. d. j. c. iacobus. propter casualem infirmitatem superuenientem p̄sbiter finire non valens alter vbi finiuit perficiat. vij. q. ij. nichil de tempore ruri vbi nō habetur horologiū sufficit celebrare hora duodecima et ob deuotionē persone magne audientis vel celebrantis etiā quando dubitaretur an finiet ante duodecimā. ¶ Sed probas q̄ stola non debet esse consecrata: sit pētepedalis et vna pedalitas vetustate cōsumitur potest resarciri et tota erit benedicta. patet de cōsecratione ecclesie. c. q̄ in dubiis. iūcta glosa. sicut de oleo non benedicto et aqua non benedicta addita benedicte quo facto tota stola est adhuc benedicta remoueatur alia pedalitas b ꝛ addatur alia loco eius per lapsū temporis et sic gradatim vsq̄ ad c. inclusiue. tunc sic in fine non est opus q̄ hec stola consacretur: ergo male dictum est nulla pedalitas huius stole fuit consecrata a p̄sule quia nūq̄ illam vidit vel nunq̄ habuit partem vicinam huius stole ad decem leucas hoc supponamus.

Respondetur si simul et semel maioz pars stole vetustate consumitur tota esset būdicenda/sed vbi est magna intercapedo tēporis ,put supponitur i ablatione partium tota est sufficienter consecrata vt in aluuione est sic eadem identitate morali identitatis licet nō idētitate physica cū sola būdicta ab eō et hoc sufficit cum partes succedant in simili situ ꝛ figura et semper reputabatur eadem vt in correctione nauis sensim hoc mense reparando vnū asserē in alio mense aliū et sic successiue quo ad null⁹ asser relinquatur in tota naui illud patet. viij. q. j. de niq̄. xvj. distin. cap̄. habeo. et ad longū. ff. de iudiciis. l. proponebatur et de seruituti. rus. predi. l. seruitutes. §. Si sublatum. ¶ Potes applicare difficultates in consecratione quas habes sub aliis terminis in de baptismo vt ego volo consecrare hanc hostiam si nullus alius eam consecrat et non aliter sortes habet idem propositum vel vult cathegorice consecrare vel demonstrando quattuor hostias sortes vult consecrare illas duas quas plato nō cōsecrat et econuerso plato vult consecrare duas hostias quas sortes non consecrat. Si aia p̄sbiteri ponatur in corpore laici an potest consecrare sicut superius dixim⁹ de ania xp̄iani in corpore agareni si anima vnius p̄sbiteri ponatur i corpore alteri⁹ p̄sbiteri ꝛ contra an quilibet eorum est p̄sbiter: sic. ¶ Contra null⁹ istoz fuit consecratus vel factus p̄sbiter ab aliquo episcopo nec ab episcopo accepit ordines et hoc est verum videtur tñ sufficere ad consecrandū cū caracter sacerdotalis indelebilis manet in anima non alias dicim⁹ p̄sbiterum resuscitatum esse p̄sbiterum et religiosum vel vxorē resuscitatam non esse astringendam adherere viro vel reintrare religionem. dicis tunc si anima vnius p̄sbiteri ponatur in mille corporibus mille erunt p̄sbiteri distincti realiter quod concedimus pone animā p̄sbiteri in corpus laici: et cōtra. sint quīq̄ hostie due signate littera a/ due littera b / tertia sigta et littera b' et a/ sortes vult cōsecrare signatas littera a plato ſra b/ quita consecratur ab vtroq̄ ꝛ sic tres ab vno p̄sbitero et tres ab alio q̄ realiter distinguntur hoc non est mirum cum est vna cōicans sortes vult consecrare partē hostie iurta se vsq̄ ad a lineam plato aliam medietatem vsq̄ ad a lieam: a linea panis non est consecrata pono lineā nō distīgui a substantia qualitate vel q̄titate cōtinua. ceterum dicis volo consecrare qūlibet partem hostie non terminatam ad a punctum vel ad pedem calicis vel quelibet est consecrata et hoc est contra ei⁹ intentionem: si aliqua non est consecrata sub q̄ non est corpus christi signet illa est diuisibilis: ergo vna pars illius non tangit pedem calicis et illa est consecrata et per consequens ibi est corpus christi. dicis nulla pars est consecrata demonstrando q̄tālibet partem paruam prope me reliqua pars tangit pedem calicis vel a punctū ratione partis ei⁹: ergo sub nulla tali parte erit corpus christi ex casu et q̄ implicat dare maximam partem hostie non potes signare ad tuam imaginationem partem non consecratam a consecrata. Pro solutione vt res sit lucidioz sit hostia quadrata vel quadrangularis partibus minoribus terminatis ad pedē calicis ponuntur propositiones que prima frōte alicui apparerent postea loquemur sicut putamus ad questionē Prima quelibet pars huius non terminata ad pedem calicis est consecrata fm se et qōlibet sui. Secunda propositio cuiuslibet partis aliqua ps hui⁹ quadranguli est cōsecrata. p̄z. si esset instantia esset in parte terminata ad pedem calicis et hoc non q̄ quacūq̄ parua parte data prope calicem aliqua ps illius est p̄secrata. p̄z de remotioꝛi medietate tertia vel quarta a calice. Tertia propositio q̄libet ps p̄portionalis hostie fm illam diuisionem est cōsecrata. patet. quacūq̄ data illa distat a calice ꝛ aliq̄d panis mediat: dixi secūdū illaz diuisionem q̄ si oppositoꝛ caperes partes proportionales nō q̄libet esset consecrata scōm q̄libet sui saltem si esset sermo q̄ ad consecrationem totius sufficit q̄ maioꝛ pars cōsecretur iam q̄libet pars illius hostie esset consecrata. Quarta propositio deus non videt maximā partem illius hostie consecratam scōm se ꝛ qōlibet sui patet. nulla talis est nec dari potest. Quinta propositio non omnes partes illius hostie sunt consecrate qualiscūq̄ sit partitio in partibus proportionalib⁹ incipiendo a calice vel ab opposito. patet. tunc hostia esset complete cōsecrata cōtra ipotesim. Sexta propositio corpus christi est p̄sens calici. patet. bñ sequitur in infinitum propinque calici est aliqua pars proportionalis istius hostie capiēdo minores prope calicem et qualibet harū partium corp⁹ xp̄i est vicin⁹: ergo infinitū propinque est corp⁹ christi calici et per consequens non distat ab illo. Sed contra ista argumētoꝛ casus implicat ergo non est ad=

Universidad de Deusto
Biblioteca



mittendus: antecedens patet vel remanet aliquis panis non consecrandus vel nullus si fm: cōtra iste non intendit consecrare totum panem: ergo aliqs panis manet consecrand⁹ q si concedas vel ille panis est diuisibilis vel non: scōm nō est dicendū tūc panis cōponitur ex indiuisibilibus si primum iam non consecrauit quēlibet panē nō termiatū ad pedem calicis cū medietates remotior illi⁹ panis nō tangit pedem calicis/relinquitur q illa intentio nō sufficit pro consecratione vt ponebatur in casu q concedimus.

¶ Distinctionis decime quarte questio ꝑma.

Notabile

¶ Circa istam decimā quartā distinctionem queritur primo an peccati post baptisma commissi necessaria sit penitentia. In hac questione ꝑmo duo termini declarabuntur postea respondebitur per cōclusiones ad questionem que impugnabuntur vt veritas magis elucescat et soluentur: in secūdo sententiarū diffinit peccatū propterea tangam diuisiones in quibus doctores hic insistunt. ¶ Peccatum et reatus peccati aliqd discriminis habent sed de reatu pcti hic est principalis sermo quid remanet in peccatore oīi actu peccati cessante pariter et habitu q facile contingit talis est coram deo peccator et si decideret sic dormiēdo dānaretur. Aliquibus dicentibus q remanet respectus extrinsecus aduenies in peccatore. Aliis opinantibus q solum manet respect⁹ rationis causatus per actum voluntatis dei volentis istum ordinari ad penam qr ipsum offendit. Sz qr non pono huiusmodi respectus dicit q reatus peccati potest capi intransitiue et tunc est peccatum quo homo est reus. Aliomō capitur transitiue et tunc supponit pro homine vel anima ita q postq̄ sortes cōmisit vnum mortale peccatum et adhuc non detestatus est in forma vel in valore/ et null⁹ actus vel habitus est in eo tunc est reatus peccati hoc est dictu est reus peccati perpetrati/ sed reatus peccati non absolute supponit pro homie vel anima sz cōnotatiue connotando q fecerunt aliquid contra legem dei vel omiserunt aliquid quod facere tenebātur et non detestati sunt formaliter vel virtualiter: multa concreta verificantur de rebus et non propter aliquam rem inherentem eis necq̄ res: de⁹ diligit vnum paruulum ticiū. titius est dilectus tamē non est dilectio in ticio nec i deo dilectio dei est de⁹

¶ Duplex est reatus peccati scz culpe et pene interdum homo est reus reatu peccati et reatu pene et ille reatus est met homo re⁹/ ex quo sequitur tales propositiones sunt vere si inferantur reat⁹ peccati erit in celo qr hic homo erit in celo hic homo est vel erit reatus culpe: ergo reatus culpe erit i celo de lege iam posita et hoc non est aliud dicere q̄ hic homo peccati reus erit in celo et hoc est verum sed illa non est concedēda reatus peccati est in celo oportet tollere terminū connotatiuum ponendo illam inesse: reat⁹ culpe actualis fuit anteq̄ erat reatus culpe actualis i sorte qr sortes fuit anteq̄ esset reatus culpe actualis. dico actualis non prius erat sortes q̄ erat reatus culpe originalis quo fit multi doctores se inuolentes tenebrose loquūtur de macula peccati: actu peccati transeunte interdū remanet habitus nōnūq̄ ille extingitur cū actu tunc nulla qualitas positiua vel ꝓuatiua relatio extrinsec⁹ vel intrinsec⁹ aduenies manet in peccatore/nō opteris peccatum animam maculare more aliquo sicut atramentum papirū relinquendo vestigium aliquod in ea aliud ab habitu in nonnullis peccatis in corpore generantur mali humores homines ictantes ad malū vt in ebrietate excessiuo cibo et forte in peccatis carnis peccatum quod non statim eluit suo pōdere ad aliud trahit hoc est relinquit malos habitus in anima et carnem incitantes ad malum.

¶ Secundus terminus est penitentia ille termin⁹ penitētia bipharіam accipitur: vnomō vt est nomē virtutis: aliomō vt est nomen sacramenti et multū interest vt est sacramētum est signū sensibile vt questione sequenti dicetur vt est virt⁹ est qualitas mētis interdū tamen late accipitur pro omni pena voluntarie pro peccato vel peccatis assumpta. ¶ Diffinitur penitentia a beato ambrosio i quodā sermone quadragesime. Penitētia est preterita mala plāgere et plangenda iterum non cōmittere hoc est dolere de perpetratis et habere propositum non peccandi detestari peccatum ipsum odiendo qr dicit offensuum velle accipere penā sine murmure gaudere de pena assumpta propter deū isti sunt actus penitentie virtutis et habitus ex eis geniti sunt penitentia virtus/virtus conuenit et actui et habitui sz citi⁹ actui quo ad mereri et demereri. j. ethi. vij atq̄ vt in olimpia non ii qui sunt elegantissimi forma prestantissimiq̄ robore sed ii qui decertāt coronis efficiuntur sed quo ad denominationem habitui propter stabilitatem conuenit tristicia dolor q̄ sunt passiones sequētes huiuscemodi detestatiōes sunt penitentia. Similiter peregrinatio/ieiunium/ elemosina et huiusmodi operationes exteriores late capiendo. et sicut peccatum consistit in actu voluntatis: ita detestatio peccati est propissim⁹ actus penitētie vidicare peccatum cōmissum tristicia et dolor in parte sensitiua detestationem sequuntur. proprie contritio est nolle peccasse hoc est displicet michi peccasse et non peccabo dī gratia in posterū cui quadrat diffinitio beati ambrosii. homo potest multipharіam detestari peccatum: vnomō qr ledit naturam tantum vel solum formidine pene: terti⁹ qr est dei offensiuum et solum tertiū valet contritio q̄ est penitentia in sua ratione dicit displicentiā de peccatis qr contra honorem dei cum proposito cōfitendi et abstinendi a peccato in poster⁹ de displicētia voluntatis loquor hoc est clare dicere iste terminus contritio vel actus penitentie virtutis oia hec connotat non requiritur q̄ omnia fiāt per eundem actum sufficit per varios ad hoc q̄ quis dicat contritus dolor partis sensitiue non ptinet essentialiter et intrinsece ad cōtritionem sed quādoq̄ cōcomitatur in quātū ex displicentia voluntatis sequitur aliqua passio in virtute sensitiua ob ꝓnexionē inter vires superiores et inferiores. Penitentia potest capi collectiue et diuisiue sicut iste termin⁹ logica. ¶ Ex illa acceptione infero propositiones. Prima est multe penitētie specie distinguntur hoc est multi actus vel habitus quor quilibet est penitentia specie distinguntur. probatur. Act⁹ distinguūt per obiecta scōo de anima et regula vniuersalis est q̄ficūq̄ obiecta specie distinguūt actus specie distinguntur: sed nolitio qua nolo peccatum esse propter deū specie distinguitur a nolitione qua nolo peccatum esse. illud patet eodē actu possum diligere medium et finem et medium propter finem ex prima distinctiōe primi obiectum illius actus est medium et finis puta deus et peccatum alterius solum peccatum. ¶ Ex ista propositione sequitur q odium peccati est dilectio dei: hoc patet eodem actu vt dicit prima propositio odio peccatū et diligo deum: ergo illo actu demonstrato hec est vera hic act⁹ est odium qr bene sequit est odiū peccati ergo est odiū eodēmō concludit q̄ est dilectio. ¶ Ex illa regula vniuersaliter in prima propositione sequit q̄ detestatio superbie et auaricie specie distinguntur et sic in multis aliis eodēmō in habitib⁹ qr trobiq̄ ꝯta est distinctio in actibus tanta est in habitib⁹ naturaliter genitis. ¶ Tertio sequitur q frequenter penitens gaudet et tristatur. hoc patet tristatur de peccato perpetrato et gaudet de illa tristicia ad illud non sequitur q̄ qualitates contrarie sunt in eodem qr non ꝟiantur nisi essent respectu eiusdem quēad modum non est hic: possum naturaliter diligere sortem et simul odire platonem quīmo possum diligere et odire eundē sil' sed multū intens⁹ dolor tristiciam extinguit quocūq̄ obiector et econuerso. vij. ethicorum. ¶ Quarto sequitur licet tristicia naturaliter sequatur nolitionem alicuius disconuenientis tamen voluntas potest impedire crebro ne fiat: hoc patet: qr ex nolitione alicuius disconuenientis naturaliter causatur tristicia voluntas potest impedire illam nolitionem non apprehendendo diuertendo se ad aliud. ¶ Pono conclusiones responsiuas. ¶ Prima est nulla penitentia est necessaria ad delendum peccatum. probat. nec hec nec illa et sic de aliis qr deus de potentia absoluta potest dimittere peccatum sine penitentia non aligat suam virtutem sacramentis. ¶ Secunda conclusio de potentia dei ordinata nulla penitētia est necessaria ad delendum peccatum post baptisma cōmissum. patet. nec ista nec illa et sic de singulis: ergo nulla. Fortasse dicis singulares negatiue nō inferūt vniuersalem vt clare patet arguendo ex opposito consequētis ad oppositum aficedentis puta ab indefinita affirmatiua ad diuisunctiuam compositā ex singularibus hoc non impedit propositū pone constantiam et tunc currit probatio. quelibet singularis est vera quod patet/ da dez̄static nē in aliquo gradu ad huc medietas illius gradus sufficit ad dimittēdū illud peccatum vt infra questione sequente dicet. Item per ieiunium potest deleri vel per elemosinam et sic de multis aliis penitētiis propter peccatum superbie perpetratum possum velle ieiunare in vltionem illius peccati vel peregrinari licet propritus ozare.

¶ Tertia conclusio non ad delendum peccatū requiritur penitentia hec propositio non est eadē cū prima apud multos eo q̄ asserunt q̄ est distributio opposita suppositioni confuse tantum in hac/in secunda propositione opposita suppositioni determinate propterea concedūt ad equitandū requiritur equus et nullus equus requiritur ad equitandū. probatur conclusio ille equiualent ad equitandū requiritur equus et equus requiritur ad equitandū. ergo sue contradictorie equiualēt ista consequētia est infallibilis: alioquin protinus dabis contradictoria vera vel falsa. assumptum patet: vnū extremum istius ad equitandū requiritur equus nō supponit puta ens requisitum ad equitādū. si dicas pro quolibet equo iam vtraq̄ est vera et non dabis vnam veram altera existente falsa si formetur idē est in ꝓposito. Teneo q̄ equiualent tertia et secunda conclusiones quēadmodū ille equus requiritur ad equitandū et ad equitandum requiritur equus et vtraq̄ potest defendi falsa/sed talis conditionalis est vera. necesse est si quis equitet habere equū clari⁹ est propositiones illas saluando eas sic reducerent ne cesse cadat in totam conditionalē nec oportet ascendere nec descendere ibidem nec i cōsequētiis. sec⁹ est de copulatiuis et disiunctiuis: non sequitur si homo currit aial currit: ergo si homo currit istud aial currit: antecedens est necessarium et consequēs impossibile animal stat ibi determinate nisi fingamus peculiarem modū ascendendi et descendendi i consequētis in quo nunc non insistendum est. ¶ Tūc pono quartam conclusionem. hec non est necessaria si sortes qui est in peccato debet habere salutē op⁹ est penitētia. patet. stat q̄ sortes sit in decem peccatis mortalibus et non doleat de eis tamen saluetur patet. posito q̄ repente vocetur cōs tiranno q̄ neget nomē christi vel occidetur stat intrepidus sicut beatus laurentius aut vincenti⁹ vel si trepid⁹ non vult negare nomen christi et occiditur talis est vere martir et iniuriam facit martiri qui pro martire orat. extra de celebratione missarum. cum marte. q̄ talis saluatur et non detestatur peccata sua: sic tirānus circunstat cū minis et terroribus q̄ non dabatur ei facultas ea detestari talis si moriet⁹ saluabitur. Istud potest cōtingere alia via si sortes fecit diligētiam quam potuit et aliqua suor peccator ei non occurrunt iam talis saluabitur tamen non detestatur cia peccata que perpetrauit saltem in particulari: sed sufficit in hoc casu vniuersalis detestatio.

¶ Quinta conclusio arguitiua necesse est existenti in peccato mortali specialiter et de eodem conscientiam habenti vel habere debenti de potētia dei ordinata habere penitentiam formalē vel virtualem Istud est verum de peccato actuali siue ante baptismum siue post: penitentia sacramentum requiritur post baptismum hoc est penitentia virtus requirit

obiectū.

Prima ? clusio.

Secda ꝑ°.

Tertia cō clusio.

Quarta ? clusio.

Quita ꝑ°.

Universidad de Deusto
Biblioteca



de omni mortali facto siue ante baptisma siue post baptisma/sed non oportet confiteri peccata sacerdoti et ꝓ eis capere penitẽtiam nisi que feci post baptisma:vides voco penitentiam virtutem interdum actum nõnũq̃ habitũ ad hoc q̃ deleatur peccatum.ꝓbatur conclusio per illud Luce.xiij.nisi penitentiam egeritis omnes simul pibitis.itẽ marci.j.penitemini ⁊ credite euangelio . et actũ.iij.penitemini et conuertimini vt deleantur peccata vr̃a et ratio est q̃ pena est reordinatiua culpe meli⁹ est peccatorem non correctũ esse in pena q̃ sine pena ne dedecus culpe sit sine decore iusticie sicut deducit Boetius.iiij.de consolatione ꝓsa.iiij.et non intelligo solũ de pena que est peccatum q̃ clarum esset illud . q̃ peccatũ sit pena.patet per illud aug. v.confessionum/iussisti dñe et ita est vt pena sit sibi quisq̃ inordinat⁹ aĩm⁹.dictum est in peccato mortali q̃ originale deletur sine penitentia et veniale interdum.dicitur vel habere debenti propter ignorantiam vincibilem.dicitur virtualiter ſm aliquos q̃ per feruentem dilectionem dei quã deus acceptat ad deletionem peccati.ita q̃ si homo tũc occideretur saluaretur post q̃ talis diligit deum super omnia/sed illud non plene intelligo:si dicas dimissa sunt magdalene peccata multa qm̃ dilexit multum.Respondetur q̃ dilexit multũ fleuit de peccatis multum et sic dilectio dei erat causa contritionis et contritio causa ꝓxima deletionis peccatorum vbi quis repente esset vocatus coram tiranno ad abnegandam fidem q̃ mauult pati mortez q̃ eam negare et non cogitat de peccatis suis ʒ statim occiditur detestatio peccatorum in generali sufficit tali/et si sit ita intentus circa cruciat⁹ et circa tiranum q̃ non detestatur in generali opinor talẽ vere martirem et saluum talis habet penitentiam ⁊tualem cũ se et vitam amore dei dat parum essz ei i respectu cõfiteri et detestari sua peccata ꝓ deo.fortasse dicis tunc post actum martirii si ob miracula martir non occiditur tunc ipse non requiritur ad ampliorem detestationẽ et dico si talis tempus habet sufficiens habeat tenetur sua peccata confiteri esto q̃ peccata coram deo deleta fuerint/ insuper ꝓ modo illius doctoris dicatur.quis potest eodem actu diligere deum et odire peccatũ.patet de actu quo q̃s odit peccatum ꝓpter deum vt dictum est.beat⁹ aug. in libro de penitẽtia.Memo sue voluntatis arbiter constitutus potest inchoare nouã vitam nisi penitet eum veteris vite/aliomõ sic ille diligit deũ super omnia q̃ non vult aliquod displicibile deo ⁊ ex consequenti scit peccatum displicere deo detestat ipsum.si dicas nullum istorum esse ad suã mentem: non est improbabile illud tenere in terminis/ʒ ꝓ me non pono aliam penitentiam virtualem nisi in martirio quos penitet ob lesionẽ nature vt anthiocus.ij.machabeoꝝ.ix. Ozabat sceles⁹ dñm a quo non esset miam consecuturus non habent penitentiam virtutem sic de iuda et cain q̃ non habẽt spem venie non habent penitentiam cũ termin⁹ penitentia omnia illa ꝓsupponit.de talibus dicitur: contritio et infelicitas in viis eorũ. ¶Ex illa conclusione cum eius deductione sequitur q̃ sine penitentia sacramento deletur peccatum.ꝑz.q̃cũq̃ detestatur quis sua peccata ꝓpter deum iam ei dimittuntur.illud etiã patet ꝑ illud ezechielis.xviij. considerans et aduertens se ab omnibus iniquitatib⁹ suis quas operatus vita viuet ⁊ non morietur.paulo post sequitur cõuertimini ⁊ agite penitẽtiã ab oĩb⁹ iniquitatibus vestris ⁊ non erit vobis in ruinã iniq̃tas proiicite a vobis omnes iniquitates vestras in quibus preuaricati estis ⁊ facite vobis cor nouum ⁊ spiritum nouum ⁊ reliqua. ¶Arguitur contra secundam conclusionem et corrolarium illatũ ꝓbando q̃ non cuilibet detestanti peccatũ dimittit peccatum.patet.requiritur q̃ peccator eliciat vnũ bonum actum meritorũ de congruo in aliquo certo gradu et continuet ꝑ aliquod certum tẽps ad hoc q̃ peccatũ eius deleatur et in instanti terminatiuo illius temporis infundit ei gratia et meretur de cõdigno:ergo si moriatur ante illud instans dãnabit. Ricard⁹ in.xvij.distinctiõe ⁊ doctor subtilis scõz conclusione huius.xiiij.distin.⁊ multi loquẽtes dicunt q̃ requiritur certum tempus et certus grad⁹ quo ad intensionem ad hoc q̃ gratia infundatur et in toto tempore intermedio ille act⁹ est meritor⁹ de congruo et in instanti terminanti illud temp⁹ infundatur gratia et idem act⁹ numero postea est cõtritio et anteq̃ infundebatur gratia vocabat attritio:et si ille actus desinit esse in isto instanti per primum instans non esse adhuc fortassis ei infunditur gratia si in illo instanti non posuit obicem. ¶Sed contra istum modum arguitur sic.nullum tempus requiritur ad hoc q̃ gratia infundatur.q̃ ꝓbo ꝑ te q̃libet dilectio dei est dispositio sufficiẽs ad gratiam/sed in quolibet tempore q̃tũcũq̃ paruo põt elici dilectio imo in instanti sed in qualibet detestatione peccati q̃ est dei offensiuũ ibibitur amor dei idẽ actus numero est odium peccati et amor dei detestor peccatũ ꝓpter deũ amatũ si sint duo actus et vnus alium presupponens tẽpore vel natura sufficit michi:ergo nõ requiritur continuatio illius detestationis per aliquod tempus vel per aliquã intentionẽ ⁊ gradualem.insuper signetur illud tempus et sit vna hora gratia exempli si sit millesima pars hore equaliter currit argumentum medietas illius temporis sufficit ad detestandũ suũ peccatum: q̃ patet si sortes subito occidatur et i medietate illius temporis detestetur suum peccatũ tali dabitur gratia:q̃ ꝓbo multipliciter.Tum primo/cuilibet facienti quod in se est datur gratia sortes est huiusmodi vt supponitur/ergo sorti datur gratia: tenet consequentia cũ minore ⁊ maior est rationabilis.forte dices si ex culpa precedenti non oportet:occidens in ebrietate ex culpa precedenti facit quod in se est et tamen peccat.similiter aliquis est perplexus ex culpa precedenti quod peccatum exadere non potest et sic erit de illo. Contra primo de plene ebrio occidente non peccat.secundo non facit quod in se est

Ad q̃ secundam conclusionẽ.



quo ad bonitatem nichil boni facit.secus est de isto in casu.illud de perplexitate nichil valet nullus est ita perplexus ex quacũq̃ culpa precedenti quin eliciatare potest nouum peccatum :iurãs occidere hominem post periurium potest cauere nouum peccatũ et detestari primũ in quocũq̃ paruo tempore. Tũ secundo q̃ cito aliquis elicit actum cõtra preceptũ diuinum deliberate in quocũq̃ tempore q̃tũcũq̃ paruo aufertur sua gratia vt constat et deus est ꝓnior ad miserendũ q̃ ad cõdẽnandũ ſm illud misericordia eius super omnia opera eius:q̃ q̃tũcunq̃ paruum tempus detestãdi peccatum sufficit.istud patet de penitẽtia distin.iij.tales.et est iohãnis crisostomi de reparatione lapsi:verba sunt hec:talis michi crede est erga homines pietas dei nũq̃ sperniit penitentiam si ei sincere et simpliciter offeratur et si ad summum perueniat malop ⁊ inde tamen velit reuerti ad virtutis viam suscipit et libenter amplectit facit omnia quatinus ad ꝑorem reuocet statum q̃q̃ est adhuc prestanti⁹ et eminentius etiam si non poteris quis explere omnem satisfactiõdi ordinem q̃tũcunq̃ tamen et quãlibet breui tempore gestam non respuit penitentiam ferme eisdem mediis probari potest q̃ non requiritur aliquis grad⁹ detestationis: quilibet gradus quo ad intensionez volendi contrauenire precepto dei sufficit ad peccatum:ergo q̃libet gradus detestationis sufficit ad penitentiam.item q̃libet gradus dilectionis dei super omnia sufficit ad illud preceptum implendũ:q̃ quilibet gradus detestandi sufficit:antecedens patet q̃ non precipitur in quo gradu debeamus deũ diligere nec in quo gradu debeam⁹ nostra peccata delere.insuper ſm hunc modũ nunq̃ constabit tibi certitudine morali sicut sacramento penitẽtie q̃ es in gratia nescis q̃to tempore vel q̃to gradu debet actus ille durare ad hoc q̃ gratia infundatur quod est durum. hec positio michi apparet multũ cõformis mie dei/auctoritatib⁹ sanctoꝝ ezechielis.xviij in quacunq̃ hora ⁊c.⁊ interdum tenetur publice in schola.aliqui fortasse ab hoc mõ abhorrẽt dicentes eum esse nimis latũ. Sed contra hunc modum arguitur sic ſm hunc modum nullum dabis xp̃ianuz dãnatuz pena sensus essentialiter quilibet scelestus sordium colluuie irretitus facile poterit actũ talẽ rite circũstantionatũ elicere raptim vel impercepti biliter more alterius positionis de actus elicitione ⁊ sic non dãnabitur.respondeo hoc argumentũ nõ mouet. Tum: primo positio est non abiecta in theologia nemo potest sine ope diuina speciali actũ bonum moraliter elicere et q̃ hoc auxiliũ speciale nõ cuilibet confertur consequutio est nulla hanc positionem probabilẽ in scõo cum aliis sustinem⁹. Tũ secũdo tenẽdo oppositum q̃ est etiam defensabile requiritur ista detestatio efficaciter ꝓpter deũ q̃ homo sit paratus deo ad emẽdam/si tu habes alienum et non restituis vbi potes detestatio tua nõ est rite circunstantionata et sic non habes contritionẽ ostendo aliis q̃ non debent confidere in hac ratione:peto ab eis quare non quilibet est bonus cũ quilibet potest elicere actum voluntatis bonũ ⁊ quanta facilitate possunt hoc elicere efficaciter tanta facilitate possunt esse boni q̃re non facit quilibet q̃ melius est si vellet efficaciter id faceret :argumẽtũ initur baculo arundineo. Rursus quando homo est in extremis ⁊ dictur⁹ supmũ vale cadẽs in igne vl̃ aqua vl̃ a ꝛtice domus vl̃ graui infirmitate detẽtus sensualitas abhorret suapte natura mortẽ et ratio ob vicinitatem ipeditur plurimum ab actib⁹ spontaneis bonis vt ꝑz ad sensum plerisq̃ reluctantur motione spiritussancti ⁊ cuz pharaone indurantur/adhereo illi parti ꝓpter rationes istas q̃cũq̃ gradus detestationis peccati rite circumstantionatus inq̃tũcunq̃ paruo tempore sufficit ad deletionem peccati quo ad culpam sic sez q̃ pena eterna mutetur in tẽporalẽ. Sed contra istud arguitur q̃ ex illa solutione sequitur q̃ attritio ⁊ contritio non differunt imo q̃ nũq̃ est attritio:consequẽs est inconueniens q̃ ⁊ antecedẽs.ꝓbo consequẽtiam.si quis eliciat detestationem peccati sui ꝓpter deũ in instanti in illo infunditur gratia ⁊ q̃primum est gratia illa detestatio est contritio ⁊ nunq̃ habebit attritio:si successiue eliciatur per vltimum instans non esse sequitur idem :quod ꝓbo.sit a vltimũ instans non esse in quo nos sumus in a iste actus non est ⁊ immediate post a iste actus ſm se vel aliquid eius erit et q̃primum aliquid eius erit gratia infunditur per dicta ante quodlibet instans futurũ post hoc instans a ille actus erit contritio.non valet modus istius gabzelis etiã mecum conuenientis cõclusione principali q̃ in illo instanti quo gratia infunditur adhuc detestatio non est contritio/sed immediate post hoc erit contritio de gratia non concurrit in illo instanti/peto ab eo quare gratia non magis cõcurrit in isto instanti q̃s in alio sequenti/viso q̃ ipse tenet et ratio fauet creaturam posse actum elicere in instanti. Rursus si homo pure partibiliter eliciat detestationem per vltimum instans non esse quocunq̃ instanti dato quo gratia erit in anima concurrit cum illo actũ ⁊ in quolibet instãti futuro imo ad quodlibet instans futurum detestatio istius erit contritio et non dabis attritionem.forte dicis non dat instans ãdequatum attritionis quo ad produci vel existere/sed precedit contritionem sicut non datur instans in quo secũdus angelus primo est post precedẽtem posito q̃ imediate post eum producatur: hoc michil est dictu datur instans in quo secundus angelus est licet non datur primũ instans esse eius sed vltimum non esse in proposito nullũ das instãs attritionis.insuper licet alibi admisimus tres angelos esse productos immediate post se dando instãs determinatum productionis medii et indeterminatum extremorum non tamen dando vnum in instanti primo admisimus duos post se se esse immediate productos:ergo non potes post hoc vltimũ instãs non esse attritionis dare attritionem instantaneam et tunc contritionem. Si dicas vel attritio est bon⁹ actus vel malus transeat q̃ sit malus non ratione illius infunditur gratia/sed ratione actus boni ⁊ sic

Universidad de Deusto
Biblioteca



deus non dat sine ratione actus boni gratiam. Forte dicis illud est contra cōmunē modum loquendi in theologia nescis quid faris. Tum primo multis theologis placet q nemo potest aliquid mereri de condigno et sic non est standum in illa distictione.

Tum secundo vtere ratione et fundamento quod rationabile apparet et dicas consequenter. Tum tertio multa sunt plantata in capitibus pfm minus solida/aliqui dicunt attritionem esse de aliquibus peccatis et non omnibus z sic dicerent attritionez esse actum malū vel est timor seruilis a timore cō-muniter inchoatur penitētia ad hoc magister introducit in tertio capite huj⁹ distinctiōis illud Esaye xxvj. a timore tuo domine concepim⁹ z peperim⁹ spiritum salutis nō semper p̄requirit iste timor nec attritio ad hoc q sequatur cōtritio multi famegerati viri de discrimīe inter attritionem z cōtritionē superficialiter loquuntur Vnde beatus thomas in xvij. distinctione dicit duplex est opinio an attritio potest esse cōtritio q̄dam enim dicunt q attritio sit cōtritio sicut fides in formis sit formata ꝛ hoc non potest esse qz quāuis habitus fidei i formis fiat formatus nunq̄ tamen actus fidei in formis fit actus fidei formate qz actus ille transit et non manet veniente charitate. attritio et contritio non dicunt habitum sed actum de palude bipharīam istud protere nititur vnomō tenendo q intensio forme non fit per additionem gradualem. aliomō nō est idem actus elicitus a gratia z sine gratia sunt hic multa falsa iudicio meo sicut doctor sanct⁹ dicit de habitu. sic dico de actu est idem actus numero fidei in formis et fidei formate successiue/licet impossibile sit fidem informē esse formatā. stat sortē peccatorē continuare actum per breue tempus et cū illa continuatione detestabitur peccatū nō repugnant duo actus in anima simul vnus in intellectu et alius in voluntate quīmo nec duo in intellectu min⁹ valet cōmentū petri data p̄ma glosa z non cōcessa nō video quō per hoc euitaret propositum fm dictū est nullū plericz actus cōtinuantur ante gr̄am gratia superueniente attritio ergo vel est displicentia de aliquibus pctis et nō oib⁹ sed in eis ꝓplacendo vel displicētia peccatorū solū formidine pene fm illud poete. Oderunt peccare mali formidine pene z ista nunq̄ potest esse cōtritio nisi sicut aer potest esse aq̄ qz succedit loco illius nec est necessarium oēm resurgentē habere hanc attritionē p̄uiaz licet ita plerūq̄ fit ratione attritionis deus non infundit gratiam sed ratione contritionis. Contra dicis/tunc cōtritio est causa gratie et gratia effectiue cōcurrit cum cōtritione cū est actus meritorius. Respondetur contritio est solum causa sine qua non respectu gratie hanc deus creat se solo an gratia effectiue concurrit ad actum meritoriū latior habitus est sermo pro nunc supponitur q sic et naturaliter cōcurrit cum contritione ad eius productionē nec inconuenit effectum vni⁹ cause esse causam sine qua non illi⁹ cause. Ex quo patet/facilius est voluntati continuare suā contritionē q̄ eam primo inchoare

correlariū est lucidū supponēdo q dei⁹ auget gratiā fm crementū actus meritorii dat adiumētū gratuitum volūtati ad cooperādū cū maiorata causa naturali voluntas facilius potest exire in actū non tamen est ꝓpterea consequens q omnis excessus potentie ad resistentiam sufficit ad continuandum motum z nō ad inchoandū cū ab omni proportione equalitatis maioris sit actio. vij. phīsicorū. dicis si quis eliciat contritionē in instanti gratia iuuat illam elicitionē et facit eam intensiorē q̄ fuisset transeat illud si actus detestandi fuisset vt duo sine gratia de potentia dei absoluta qz superuenit gratia z causalitatem suā naturalē habet actus erit vt duo cum dimidio vel vna tertia/sed de reciproco argumento alibi inq̄rim⁹ q aliquod maius apparens q actus et habitum naturalē et sic est aliqua priozitas inter contritionem et gratiam z ecōuerso nec illud absonum est q a habeat quādā priozitatē respectu b z contra patet analogia de numeris q multiplicationem digiti cū digito auferendo totiēs minorem a sua dena quot vnitatibus maior elongatur a denario: et si vnitates fuerint pares eandem legē subeunt auferendo a octo a b octo a rationem maioris et minoris vicissim accipit sic de gratia et contritione de merito congrui z condigni nunc non q̄uiro.

Distinctionis decime quarte questio scda.

Secundo queritur circa hāc distinctionem decimam quartā an per sacramentū penitentie peccatum mortale deleatur declaratur vnus terminus post hac cōclusiue respondetur cum impugnatione penitētia questione precedenti quo ad rationem termini tacta est pro vna acceptione. Iterum dicitur penitentia capit duobus modis: vnomō vt est penitentia virtus de qua acceptione q̄stione precedenti locuti sumus. secundomō capitur penitentia pro sacramento et vocatur penitentia sacramentū nec talis modus loquendi est nugatorius esto q superius quidditatiuū immediate iungatur sine connexione suo inferiori qz additur ad tollendum amphibologiam/sed q̄ entitas est penitentia sacramentū in primis videndum est. et dicitur cum de ratione sacramēti fit q sit sensibile signum est connotatio principalis illius termini sacramentū: penitētia et quelibet species ei⁹ debet distincte idem connotare. z oportet dicere q est homo penitens p̄sbiter vel verba. sed accōmodatius dicitur esse verba propterea vt videatur q̄ entitas est non ponam quidditatiuū genus in diffinitione puta hunc terminū sacramentum magister scdo capitulo huius dicit est penitētia exterior q̄ est sacramentum interior est virtus mētis loquens de penitentia virtute et penitentia sacramento innuēs penitentiam sacramentum debere esse sensibile signum sed sic diffinitur. Penitentia est verba certa prolata a sacerdote iurisditionem habente cum intentione debita significātia penitentē solui a peccat̄ verba ponuntur loco generis et tantum valent sicut voces loco generis qz est terminus denominatiue superior oīnis penitentia est verba sed non ecōuerso: sed illa est accidentalis predicatio connotatō huius termini p̄ia est extranea respectu huius terminī x̄ba patet ex particulis positis in eius diffinitione. reliqe particule ponunt loco differentie. dicitur certa quia non oīnia sufficiunt et sunt talia absoluo te ab oīnibus peccatis tuis vel peccatis tuis quia si ab vno mortali ab omnibus scōm legez dei positam. vel ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis In nomine patris et filii et spiritussancti. reliqua verba ponuntur loco orationis: illa verba non sunt ita precisa sicut in sacramento baptismi vel eucharistie. Dicitur a sacerdote quia nō sacerdos nō potest absoluere. mathei. xvj. dictum est apostolis quorum dimiseritis peccata. ꝛc. quibus p̄sbiteri succedūt quo ad hoc. additur iurisdictionem habēte quia sententia lata a non suo iudice nulla est si alter sacerdos absoluere tentauerit nichil facit. Dicitur cum intentione debita hoc est intendit facere q mater ecclesia intēdit scilicet ministerialiter auctoritate christi absoluere. Ex illa diffinitione infero corrolaria. Primum est: hec est dispata penitentia est penitentia capiendo a parte subiecti pro virtute a parte predicati pro sacramento. Secūdo sequitur q habent connotationes impertinētes penitentia sacramētum supponit pro verbis cōnotādo q proferank a sacerdote iurisdictionē hītē. ꝛc. Tertio sequitur q̄n dicimus peccata sunt materia sacramenti penitentie vel homines peccatores ibi materia non capitur pro materia ex qua sed circa quam quo circa multi se inaniter fatigāt an peccata sint materia penitentie an homines se ꝓfitētes Dico q ambo sunt materia penitētie quia circa illa exercetur penitentia sacramentū. Quarto sequitur q sacramentū penitentie non cōponitur ex materia et forma nisi velitis dicere q̄ ante colorare videbar q voces sunt aer loquar cuz cōiter loq̄ntib⁹ q voces sunt accidētia in aere nullū accīs ꝓponit ex materia z forma metha-- sēsibl'e x̄bū ē materia et qz requirit intētio p̄sbiteri q̄ est spūalis rōnem forme ptic̄pat nō tū cōponūt vnū hoc aliq̄d cū verbis p̄z illud. j. q. j. accedat verbū ad elementū z fit sacramētū circa p̄ncipiū baptismi tripharia exposi tū est q̄ expositiōes nr̄is dictis astipulant. Quinto sequit q cōtritio nō est ps p̄ie integralis p̄nam cōponens contritio nichil aliud est q̄ p̄na virtus q̄ est accīs in aīa: p̄na sacramētū est accīs i aere nec est ps subiectiua scde intentionalr q̄ est pars p̄ie ad hunc sensū q p̄ie p̄supponit ad hoc q p̄na sacramentū suū effectū causet puta gr̄am nō sicut cā proprie dicta sed sicut cā sine qua non et sic partici pat conditiones partiū: totū nequit esse sine partib⁹ et eas presupponit et sunt ꝑozes natura: sic p̄na sacramentū contritionē confessionē in voto pariter z satisfactionem p̄cedrit i pctōze qui satisfacere habet: sine illis penitentia nichil valet: p̄na interdum collectiue capitur p illis tribus/z sic p̄na vir⁹ est pars p̄ie sicut lapis est ps cumuli. Sexto sequit

Notādū.



q frequenter est sacramentuz p̄nie sine gratia vt in non habente penitentiam virtutem. et sic patet q equiuoce capitur penitentia quando dicitur magdalena est penitens presbiter iniunxit penitentiam presbiter absoluit virtue penitentie. Istis notatis respondetur per conclusiones. Prima est: vere penitens ante sacrametum penitentie acquirit remissionem suorum peccatorum. probatur ex questione precedenti q̄p primum aliquis habet displicentiam paratus facere emendam de peccatis suis propter deum remittuntur ei peccata sua et infunditur gratia. Secunda conclusio virtute penitentie sacramenti eunti ad confessionem per verba sacramentalia confertur gratia penitentialis: probatur conclusio: omne sacramentū noue legis confert gratiam virtute operis operati in capace: z dispositus transiens ad confessionem dolens de peccatis est huiusmodi: igitur. Tertia conclusio: sacramentum penitentie nullo modo delet peccatum: probatur sic: vel transiens ad confessionem p̄ius dolet q̄p sacerdos applicet sacramentum vel simul: vtroq̄ istorum dato peccata delētur per penitentiam virtutem si non doleat de peccatis penitentia sacramentum non delet: q̄ patet: baptism⁹ non delet peccata actualia cōmissa sine dolore preuio: ergo nec a fortiori penitētia sacramentum: assumptum patet ante in materia de baptismo: hoc magister sententiarū tenet. xvij. distinctione quarti. capite sexto/septimo/z octauo: et doctores communiter. Ex his conclusionibus infero corrolaria. Primum est vtile est nimis detestari peccata perpetrata et potissimū quando homo facit vnū opus bonum moraliter quod alias esset meritorius nisi quia est in peccato perdit meritum quia opus est mortuum. Secundo sequitur: celebrans dicens horas vel similiter faciens in quouis alio opere bono debet in primis sua peccata plangere propter deum et velle propter deū facere illud et hoc sollicite [illegible] in predicando quia plurimi existimant se esse in peccato post illa perpetrata quouisq̄ cōfiteantur exterius quod falsū est. Contra p̄mā p̄clusionē ar̄ sic: a nullo gradu hō tenetur habere contritionē q̄p me: q̄ nō tenet h̄re contritionem Arguatur sic in forma: nullum gradum contritionis tenetur peccator elicere: quelibet contritio est aliquis gradus contritionis: ergo nullam contritionem tenetur quis elicere: consequentia tenet in celarent ex parte medii distributi: maior patet secundum dicta in questione precedenti non requiritur mora temporis nec gradus. Et minor patet qz quelibet pars forme est gradus vt capimus non accipitur gradus pro parte aliquota determinata pro octaua nona vel decima quia iam minor est falsa in illo sensu. Forte concedis consequentiam antecedens et consequs: sed hanc negas nō requirit cōtritio in gradu ad delendū pctm. Cōtra ante dictum est q idē valet dicere requirit cōtritio ad delenduz peccatum et contritio requiritur ad delēdum: ergo illarum contradictorie equiualent. Respondet

ar̄ p̄clu. primam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



gratia:ergo satisfecit illud est i distinctione sequēti solutum vnus potest satisfacere ꝑmo pro a peccato ieiunando diem lune et pro b ieiunando diē martis ꝛ sic pro quolibet peccato successiue ꝛ sic ꝙ octo dies vbi plato ieiunat pro omnibus die lune et pro omnibus die martis et sic de quolibet die ebdomade:et ꝙ parum differt si discedant medio tempore vnus punietur pro pluribus ꝙ alius / sed equaliter in acerbitate quo fit dabis sortē ꝙ punietur pro mille peccatis odio dei superbia et similibus eternaliter ꝛ nō magis ꝙ plato ꝙ furto simplici patet si sortes ieiunauit per mille dies dēpta vltima medietate et tunc labatur in mortale in quo decedat plato satisfecit vno die pro odio alio die pro superbia et sic vsq; ad medietatem vltimi diei cum sortes decedat in mortali sortes pro mille copulatim eternaliter punietur secundū priorem positionem plato solum pro vno. ¶ Contra tertiam propositionē arguit sic si opera facta in peccato sufficerent ad deletionē pene sequeretur ꝙ aliquis potest decedere lege stāte cū multis peccatis mortalibus qui nullā penā patietur in inferno falsitas consequentie probatione non eget et patet consequentia a opus factū i peccato mortali sufficit pro pena ne insit in inferno b opus simile tantūdē valet et c: ergo tandē dabitur sortes qui decedit cum decem peccatis mortalibus et nullam penam patiet in inferno.respondetur negando consequentiam nec est in ea color cuius causa est posq; ꝙ contritionem mortale peccatum est dimissum et pena eterna illi peccato debita cōmutata est in temporalem tandē erit finis illi⁹ pene debite hic vel alibi in purgatorio vel in inferno si quis dicedat cum mortali vno et ante ꝙ horam detestat⁹ fuisset centum mille peccata mortalia et penitentia nondum sit impleta talis patietur infinitā penā extensiue pro illo vno mortali et finitam pro illis centum mille peccatis posq; eoꝝ pena eterna catho^ca est mutata in temporalem et a fortiori i purgatorio potest deleri vel in hac via/sed qz argu[illegible]tetigit aliquid quod hanc positionem non infirmat scz quid possunt opera mortua. Aduerte multū interest inter opera mortua et mortificata.opera in naturalibus vocantur viua qz habent in se principium viuendi et cum hoc possunt exire in suas operatiōes debitas vt quando oculus exit in actum videdi aliquid vocatur mortuū quando vixit ꝛ mortuum est vel aptus natus erat viuere licet non vixit sic solemus dicere fetum in vtero mortuū cū materia erat in propinqua dispositione ad habendū vitā mortificatum membrum vocatur hoc quod in se habet vitam sed non potest exire in suas operationes debitas sic dicimus de membro palitico vel infrigiditato quando tale curatur vel miraculose vel naturaliter vt in suas operationes prodeat dicimus esse opus viuificatum ꝓforma est distinctio magistralis respondens aliquod opus est viuū quod elicit a charitate aliquod mortificatum vt actus bonus a gratia elicitus in frigiditatus a mortali superueniente opus mortuū est actus bonus elicit⁹ in mortali peccato.actus viuificatus est operatio mortificata resuscitata contritio et gratia superuenies tollit impedimentum et curat paliſm et reddit reliquos act⁹ quondā meritorios nūc meritorios quo fit peccatū non est opus mortuum cū non sit aptū natum viuere de lege bene aliquod peccatū est aptum natum viuere in potentia remota pōt esse non peccatum.et dicitur ꝙ talia prosunt. Tum primo ad satisfaciendū de penitentia iniuncta pro peccatis dimissis. Tum secundo ad implectionem precepti ne delinquatur nouo peccato ego teneor ieiunare hodie sum in peccato non pecco frangendo ieiunium sed non mereor. Tum tertio multi boni habitus generantur tunc qui inclinant in bonos actus et meritorios aduenīte gratia qui multū prosunt Tum quarto deus citius eleuat mentē meā a peccatis. Tum quinto qz forsassis illo tēpore quo actū bonum de genere elicio essem alias actum malum productus abissus abissum inuocat psalmus. xli. et sic diminuitur pena ꝙ forsassis infuisset nō alias quia si pena fuisset diminuta sequitur per calculationem ꝙ aliquis potest dicedere in multis mortalibus et nullam penam perferre non valet currere ad diminutionem geometricam et non ad arismeticam dicendo ꝙ si primus actus tollit aliquid de pena/secundus actus tollit medietatem illius ꝛ sic proportionabiliter . nec insup valet dicere ꝙ aliqui dicunt ꝙ essentialis pena non diminuitur sed letius suffertur illa pena a paciente quāq; apparens dari potest analogia si sortes portet vnum pondus a rothomago ad parisiū et in magno calore datur et potus vel post quietē in itinere melius et acceptabili⁹ fert licet pondus non diminuatur hac via dabis alicui quem qui non sentiet penam in inferno et sic voluptuose viuent dānati. Ex his patet nullus erit act⁹ bonus non irremuneratus iuxta illud Job.xi. Ipse considerat vias meas nulla bona vel mala sunt sine retributione dicit glosa/Sexto habetur lxxix. Letitia mētis experimur post actus bonos et studiū letamur deuotus regulariter est iocundus dulcedinē mētis acquirit/peccator tristis est:et si leticiam habeat est inepta et extrema illius gaudii luctus occupat iux illud psalmi de bonis in via testimonior tuor dele ctatus sum.et tullius michil est iocundi⁹ q; honeste vite retracte memoria . opera bona etiam merētur bona temporalia.dns dixit ad helīā de rege achab tertii regū.xxi. Nonne vidisti achab būliatū coram me qz humiliatus est mei causa non inducā malum in diebus eius.de peccatis factis nulla datur remuneratio sed pena que nocet deus finit eos sicut de ipocritis Math.v. amen dico vobis receperūt mercedem suam. Potest fieri argumentum ꝙ peccatū est opus satisfactoriū qō inconueniens videtur.patet.volo ieiunare propter vanam gloriam et penitentiam simul ille actus est peccatum et per illud actum satisfatio.pbatur.alle vnus actus habens illa duo obiecta videtur equivalere duobus actibus habentibus duo partialia obiecta sic scz volo ieiunare propter penitentiam.volo ieiunare ꝓpter vanam gloriam sed habendo illos duos actus satisfactio.ergo habēdo precise illum vnū actum sed hec illatio non sequitur ex dictis nec ille vn⁹ act⁹ duobus aliis equivalet. Sed hic dubitatur an quis manens in peccato potest habere gratiā in sensu composito et de mortali loquor ꝛ arguitur ꝙ sic habeat sortes vnum actum malum mortaliter quē elicuit subito vel successiue de necessitate continuabit per tempus sit centesima pars vnius hore vult capere alienum cum hoc potest nolle illum actū esse ꝛ fuisse propter deum ꝛ sic ei infundetur gratia.nulla est contrarietas ꝙ homo alienū vult capere nolēs illū actum eē:potest habere actum directum ꝛ reflectionem super illum actum. ¶ Respōdet quicquid sit non sequitur ꝙ peccatū mortale et gratia simꝫ sint qz iam ille actus de necessitate naturali continuat⁹ (cum res permanens non habet vltimuz instās sui esse completum) non imputatur ad mortale cuz nō sponte continuetur.

## ¶ Distinctionis decime quinte q̄stio scōa.

Notāda.

Secundo quero circa hanc distinctionē decimam quintam an opus satisfactoriū sit ita meritorium sicut non satisfactorium. Pro solutione nota ꝙ opus satisfactorium nichil aliud est q; opus penale acceptum pro penitentia peccati ego peccaui a peccato :imponitur michi dicere septem psalmos:alter titius amore dei qñ est de consilio vel qñ de precepto dicit septē psalmos qz est beneficiatus vel in sacris etiam ex equali charitate : q̄stio est an equaliter mereamur. Scōo suppono hanc propositionem:non est necessarium peccatori suscipere penitentiam iniunctam a presbitero ad hoc ꝙ sua confessio valeat et illud verum est consentiente presbitero.probatur dimittitur ei suū peccatum ꝙ contritionem et ita potest esse ita intensa ꝙ conferatur omis pena: q̄ cui hoc est probabile non tenetur suscipere penitentiam etiam ꝓcipiente ꝓsbitero. ¶ Pono duas ꝓclusiones. Prima est op⁹ satisfactoriū in gratia factū est meritoriū vite eterne.probatur.omne op⁹ a gratia emanās est meritorium vite eterne op⁹ satisfactoriū est hmōi. igitur. consequentia tenet in darii. hmōi virtualiter accepit a parte predicati subiectum maioris:maior est principium theologicū.minor patet supposito ꝙ capiatur propter deum ex hoc sequitur contritionem esse meritoriam vite eterne . Secunda propositio opus satisfactorium est ita meritorium sicut non satisfactoriū ceteris paribꝰ hoc est si ex equali gratia et conatu.probatur.da oppositum sortes min⁹ meretur de premio essentiali q̄ plato signetur premiū platonis et sit vt quatuor sortis vt duo tunc si premium sortis est subduplū ad premium platonis et tota causa est satisfactio sortis pro suo peccato:ergo deus secundum legem iniuste premiat sortē.pz cōsequentia.ponatur ꝙ sortes debet dicere septem psalmos quatuor gradus premii prestāt duob⁹ gradibus et dimissione parue pene dicendi psalterii.



Confirmatur idem qz tunc inconsulte confessor penitentiam imponeret confitenti /hoc est contra consuetudinem matris ecclesie/et ꝙ sequatur pz.melius esset vni pati penā diurnā in purgatorio et postea habere perpetuo quatuor gradus glorie q; dicere psalterium hic ꝛ postea habere ꝑcise duos gradus glorie quod absq; dubio contingeret si minus quis meretur pro opere satisfactorio q; non satisfactorio. Ex hac propositione et eius probatione clare habetur si sortes velit satisfacere pro peccato ꝓpter deum dicendo psalterium et plato vult dicere psalterium ꝓpter deum in equali conatu et gratia equaliter merentur. Secundo sequitur ꝙ homo debet libenter penitentiam iniunctam implere.patet. ꝓpter magnū meritum:non tamen nego quin est ita bonum confessori erogare penitenti interdum vnam paruam penitentiam q; dare magnam.hoc patet:capiendo magnā ꝓmittit se impleturū penitentiam:forsassis incuria sua obliuiscitur:ergo peccat vbi forsassis si esset minor fuisset cōpleta. Tertio sequitur ꝙ satius est peccatori capere bonā penitentiam dum potest implere q; capere paruam hoc patet.qz tantum meretur per opus satisfactorium sicut per non satisfactorium ex secunda propositione principali et cum hoc est causa gratie.secunda pars patet vbi penitentia est minor oportet residuum pati in purgatorio vel in inferno vbi soluit ad vltimum quadrantē.dicebam dūmō verisimile est ꝙ implebit alioquin oportunius est mittere penitentem ad purgatorium cum magna pena q; ad infernum vbi sempiterno horror et null⁹ ordo inhabitat. Contra secundam conclusionē arguitur ex ea sequit ꝙ equaliter merentes inequaliter ꝑmiabuntur et hoc in eodē foro.consequēs est inconueniens.deus non est acceptor personaꝝ. Actum ꝛ.et probo consequentiaz sorti dimittitur peccatū: platoni nichil dimittitur sortes et plato merentur equale premiū essentiale qz intensum vt quatuor scz plus est dimittere penam tēporalē et conferre gratiam vt quatuor q; precise conferre gratiā vt quatuor:si rex dimitteret michi mille scuta platoni vero nichil et vtriq; nostrum daret centum michi pl⁹ gratie faceret et hoc non nisi in remittēdo mille sic facit deus michi illo casu:igitur. Pro solutione argumenti notabis ꝙ hollot tenet ꝙ prim⁹ act⁹ meritorius post peccatū mortale est longe melior q; q̄ cunq; actus sequens quāmo q; omnes sequentes et sic diceret contritionem et actum cui pua gloria respondet prestare magno actui sequenti ratio ꝝ eum est qz per primum actum meretur vitā eternā etiam in aliqua intensione ꝛ dimissionem pene :per secundum actum meretur solum intensionē gradualē vite eterne pro illo actu iam non meretur vitā eternam qz eam ante meruit. Potest esse color pro eo qz aufertur peccatum et pena eterna et non per secundum actū qz iam ablata sunt. Ex hac solutione concedendum est ꝙ nullus actus ꝑmū sequens potest esse duple bonitatis ad ꝑmū imo in nulla specie proportionis inequalitatꝫ maioris nec minoris pri

Universidad de Deusto
Biblioteca



mus actus infinite excedit secundum. ¶Contra hanc conclusionem sic arguo qz ex ea sequitur qꝫ primū peccatum quo gratia amittitur esset peiꝰ quocunqꝫ alio peccato qꝫcunqꝫ magno: ꝯsequēs est inconueniens. si primū peccatū esset furtū simplex et secūdū odiū dei. et probo sicut ipse probat ꝓ primū peccatum aufertur tota gratia et gloria respondens et datur infinita pena extēsiue in inferno pro odio dei. secūdo peccato solum datur intensio pene fm cū: igitur. Secundo arguitur ad idem resurgat sortes a peccato nunc primo per actum bonum/post ad vnam horam habeat volitionē efficacem paciēdi martiriū sit b illa volitio: per te sortes per primū actum meretur vitam eternā. quero a te pro quo capis vitā eternā oportet capere pro beatitudine formali. Forte dicis qꝫ accipis pro perpetuitate/peto tunc a te que res est perpetuitas illa: non potes dare nisi beatitudinem formalē: sit premium respondens a actui meritorio quo ad intensionem vniꝰ gradꝰ respondens b quatuor graduū vtrūqꝫ premium est perpetuū z ꝓpetuitas premii nichil est aliud qꝫ premiū ꝓpetuū quēadmodū illa premia respondentia a et b actibus distingūtur sic qꝫ neutrū est pars alterius ita ille perpetuitates et sic perpetuitas debita b actui est altera ā perpetuitate a actus: ergo male dicit: propter istas rationes et potissimū vltimā teneo qꝫ primꝰ actꝰ meritoriꝰ post peccatum frequenter est minor/secūdo subdupl⁹ subtriplus subsexq̄tertius subsexq̄q̄rtus fm qꝫ actus ꝓuenit interdū ctiā maior: sed ratione primi actus tollitur pena in inferno debita cōcōitanter et non ratione secūdi hoc parū est secundus actꝰ qꝫtū est ex parte eius tātūdē faceret z quo ad perpetuitatē glorie. secundꝰ actus est multo melior sepe ꝓmo actu. Sed contra illud arguitur sit sortes in gratia eliciat vnum actū meritoriū vt quatuor ita qꝫ premiū ei respondēs sic quatuor gradꝰ sit c. pono platonem q̄ nunc primo resurgit ꝓ vniuersitate tui debetur premiū intensum vt vnū vocet illud premiū d iam sic arguo. maius malū est carere d qꝫ c: ḡ melius est habere d qꝫ c. antecedēs patet. si careat d ex casu sic decedendo dānabitur hoc non contingit carendo c: igitur. Respondetur negando qꝫ sit maꝰ malū carere d qꝫ c simpliciter non est ita malū carere vno gradu sicut quatuor/sed licet per accidens z ex casu melius est non tamen simpliciter. Sed redeundo ad argumentū duplex est premiū/quoddā est essentiale z nichil aliud est qꝫ beatitudo formalis charitas non est proprie ꝓmiū licet multū ꝓmoueat ad consequendū premiū principale. Aliud est premiū accidentale vt aureola vel gaudiū de creatura vel liberatio a pena: liberari a pena est premiū concōitans si alicui debeatur gl'ia liberatur a culpa z ab eternitate pene sortes nunc est in peccato dolet de suo peccato ꝓ voluntate dolendi debet beatitudo fm legem dei que non stat cū perpetuitate pene propterea ex consequenti qꝫ meretur auferꝫ ista pena eterna interdū vtor dolore pro eius causa effectiua actu: volūtatis preuia: contritio est deleti

us omnium peccatorū et etiam meritoria vite eterne ita meritoria sicut scda vel cētesima. dato qꝫ peccatum fuerit remissum quo ad culpam non inconuenit qꝫ dicatur contritio alicquin si pure ptibiliter eliciatur non dabis contritionē. Si dicas tūc beata magdalena habet contritionem ad hoc virtualiter responsum est supra sicut eadem tunica talaris valet terfiti ad tegendas tibias suas a frigore et eas occultandas a dedecore qz sunt abiecte. ioseph autem formoso similis vestis valet solum contra frigus sic est in proposito opus satisfactoriū valet vni ad remittendam offensam et ad tegenda peccata z cum hoc ad beatitudinem alteri innocenti ad solū beatitudinem. Tunc dicis: qlibet deberet iniri dicere sine penitēta iniuncta a presbitero orationes ieiunare z similia facere pro peccatis suis et amore dei. dico qꝫ talis prudenter agit videl propositum currere in penitentia iniuncta et accepta. insup transiens romā ex penitentia iniuncta non ita feruenter ꝓficisci romā sicut alter sponte transiens: ergo nō tantū mereꝫ prius nūqꝫ de roma cogitasset nisi confessor hoc ei imposuisset. Respondetur verū est qꝫ satisfaciens ꝓ peccatis nō cogitauit de roma quoscunqꝫ ei imponebatur sed hoc non impedit si ita alacer incedat sicut alius et cū tanto feruore esto qꝫ nō esset iturꝰ nisi ob penitentiam iniunctā cum tamen eque refert incessum suū actualiter et gradualiter in deum sicut alter si autē cū murmure vel vt mauult soluere penā pusillam in hoc mundo qꝫ atrociorē in purgatorio z non principaliter propter deū cetera sunt impia. Forte dicis liberaliꝰ transit non satisfaciens romā qꝫ alius cū ex precepto facit hoc ergo magis mereꝫ quicquid sit de antecedente nego consequētiā ceteris paribꝰ opus precepti est ita meritoriū sicut opus cōsilii: circa antecedēs vtrūqꝫ est opus liberalitatis antecedenter: confitēs et confessor possunt cōuenire qꝫ nulla penitentia imponat etiam non est improbabile qꝫ penitens non tenetur subire onus penitentie iniuncte cū obligetur alternatiue hic penam luere vel alibi. Sed adhuc pono conclusiones. ¶Prima est equaliter merentibꝰ eqle ꝓmium essentiale cōfertur. probatur per illud Matthei. vij. in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Secunda conclusio non semper equaliter merentibꝰ datur premiū concōitans equale. probatur hec propositio. si sint duo vnus ita malus sicut nero vel iudas alter eque malus cū petro quando negauit christum. si ambo incipiāt detestari peccata sua in equali conatu equale premiū essentiale merebuntur ex prima conclusione ꝓmo tamen dimittuntur plura peccata: secūdo pauciora: ḡ propositum. ¶Contra primam conclusionem arguitur sic si vnus decederet nunc cū equali merito sicut bonꝰ latro talis equaliter intensiue premiabitur cū bono latro equaliter intensiue premiabitur cū bono latrone: ergo deus non dat equaliter merentibus equale premium essentiale. prō consequentiam/ quia bonus latro erat beatus nunc mille quingētis annis ante qꝫ ille titius est beatus et cum hoc equaliter postea beatificabitur intēsiue z extēsiue: ergo



totale premium essentiale boni latronis premiū totum istius titii exuperat. Fortasse dicis vt holkot et non apparet alia fuga qꝫ titius ꝓ plus intensiue beatificabitur pro vno paruo tempore qꝫ bonus latro quousqꝫ venit ad equivalens excessum tēporis mille quingentorum quem habuit bonus latro super titium. ¶Contra hoc arguitur: paruuli decedentes cū solo originali equaliter puniuntur pena dampni et nullam penam sensus patiuntur. hoc declaratum est trigesima distinctione secundi. tunc capio vnum paruulum qui discessit sine sacramento veteris legis in diebus noe vel mathusalem sit sortes et capio platonem paruulum nunc discedentem ante baptismum esto qꝫ non habeat nomen impositum possumus imponere/isti equaliter punietur quo ad penam dampni que non recipit crementum et titius minus secūdum tempus nec magis punitur intensiue ad equalitatem paruuli discedētis in diebꝰ noe: eodēmodo de gratia baptismali/capio duos paruulos quorum vnus discessit tempore clementis pape/et alter heri cum gratia baptismali: tales eque intense beatificabuntur. ¶Respondetur per propositiones. ¶Prima duo discedētes cum equalibus meritis equaliter premiantur de premio essentiali secundum extensionem: proba⁹ scaturit ex argumento assumpto. Secunda propositio: non tamen sequitur quod ille q̄ discessit a multis annis preteritis plus puniatur vel ꝑmietur qꝫ hodie discedens: hoc patet: vterqꝫ per infinitum tempus premiabitur vel punietur: modo vnum infinitum proprie non est maius alio quēadmodum aggregatum ex linea et pūcto terminatiuo non est maius illa linea sic aggregatum ex tempore finito a parte ante et tēpore infinito a parte post non est maius illo infinito a parte post. Tertia propo⁹: i aliqua acceptione maioris prius discedens plus premiatur qꝫ posterius discedens primum tempus continet scām et aliqꝫ vltra. Quarta propo⁹: prima conclusio ꝓncipalis debet itelligi de premio essentiali secundum intensionem semper duo decedentes cum equalibus meritis equaliter premiantur itensiue z itellige quando premiantur stat qꝫ ducbus iequalibus meritis decedentes et vnus ḡa habet idulgentias vel aliq̄d aliud velat ꝓtinus ad superos alter vadit ad ignē purgatoriū etiam fiunt preces pro vno i purgatorio et non pro alio: z hoc solum concludit de extensione: quo fit discedens hodie equaliter bonus cuz bono latrone equaliter solum itensiue cum eo premiabitur sicut de denario diurno dato hora sexta z nona. ¶Contra totum illud arguitur sic: si ḡs orans et ipetrans veniam pro peccatis tantum meretur sicut alter orans pro seipso sequtur qꝫ presbiter orās pro se z aliis in sacrificio tantum meretur sibi sicut pro nullo alio oraret: consequens est falsum totum meritum rei diuine est finitum: ergo quādo diuidit minor erit sua portio qꝫ precise pro se oraret imo tunc semꝰ plꝰ ꝑdesset orare pro aliis z pro animis defunctis qꝫ pro seipso tantum qz potest prodesse aliis non nocendo sibi: z quod sequatur patet ex ꝓbatione conclusionis ꝓncipalis supposito pro nūc/ qꝫ nullus potest mereri alteri gloriam essentialem nec eius augmentum vt ante practicarim⁹/signo duos linum presbiterum q̄ celebrat pro se z cētum aliis/z bedam ꝑsbiterum qui orat pro seipso celebrent ambo sacrificium vel equaliter merentur de premio essentiali et habeo intentum vel beda presbiter plus meretur de premio essentiali qꝫ linus signetur premium bede vt quattuor/lini vt duo: Arguitur sic: aggregatum duorum graduū beatitudinis et diminutionis pene alioꝝ non est ita bonum sicut totum premiū bede intensum vt quattuor: ergo deus iniuste de premio essentiali premiat z propter vnum paruū accidentale puta liberationē a parua pena temporali subtrahit duos gradus glorie ppe tuos quod negandum est a dei iustitia et summa misericordia propter punctum auferet corpus. Respondetur concedendo qꝫ tantuz meretur sicut orans pro se solo de premio essentiali non tamē de diminutione pene.

¶Distinctionis decime quinte questio tertia.

Notabile

Queritur tertio circa hanc decimam quintā distinctionem de ieiunio quod est pars satisfactionis/cū magister ca.iiij. huius distinctōis de satisfactiōe loq̄tur an ꝯueniēs ieiunio ꝑceptō: mortaliꝫ peccet. Pro solu⁹ ne nō nōnūqꝫ hoies sctōꝝ ꝓfesta duxerī insōnia z vigilat ā hinc modꝰ loquēdi pullulauit est vigilia talis sci q̄ modꝰ apō aliquos adhuc obseruat vt in alba ecclesia in laudonia (z male) satius est domi morari qꝫ sic proficisci peregre z ducere noctes insōpnes in tēplo vel sub diuo quocirca vigilie in ieiuniū abierunt. ¶Leterum iste terminus ieiuniuz multipharia accipiꝫ. vnomō ꝓ abstinentia a pctis. esaie. lviij. nōne hoc est ieiunium qō elegi. math. xvij. super illo verbo hoc genꝰ demonsoꝝ nō eicitur nisi oratione et ieiunio. glosa dicit: ieiunū generale est non tm̄ ab escis sed etiam ab omnibus iniquitatibus abstinere. hoc pz de conse. d.v. ieiunium. Et capitur interdū pro omī afflictione corpozali iste acceptiōes sunt minus ꝓpe. Aliomodo capitur vt est circa cibum aut potum z tripliciter est tale ieiunium ꝯz nature: ieiunū virtus: ieiunū ecclesie: ieiunium nature dicit abstinētiam omnem a cibo et potu. Ieiunium virtus est species temperantie temperantia vt est virtus cardinalis circa venerea habet/castitatem circa potum/sobrietatē circa cibos abstinentiam cuius species est ieiunū prima species est circa sensum tactus alia species circa gustum z tactum licet magis circa sensum tactꝰ vt ppulchre declarat ari. iij. ethi. x. de quodā pulctiuorace philoreno q̄ precatꝰ est deos vt lōgiꝰ sibi guttur qꝫ grues fieret sed non petiit latā linguā si tē perātia caperet sicut de mgr̄is accipit z iclusit difficultatē nō arduā species date non sufficerent sed illi acceptioni termini: libellum repudii dedi alias. Tertiū est ieiunū ecclesie non oē tale est ꝟtus si ḡs parū extra latitudinē tēperantie trāsgredit talis est intemperatus/vt in prima questione huius proba-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uimus ⁊ tamen talis dicit̄ seruare ieiunium eccl'ie
et ipsuz non infringere eodem modo. Forte si quis
propter finem indebitum ieiunet seruat ieiuniuz ec
clesie per peccatum. forte non transgreditur prece
ptum ecclesie de ieiunio. Insuper si quis nichil co-
medit cui recta ratio suadeat vt comedat talis ieiu
nat ieiunio ecclesie: et tamen male agit sic abstinē-
do modo virtutibus nemo male vtitur. quinti ethi
corum primo. saltem formaliter et inclinatiue. cum
autem aliquod ieiunium sit indiscretum vt nunc di
ctum est in quo quis non reputatur preuaricator p̄
cepti ecclesie cōsequens est dicere non omne tale ē
virtus. insuper in excessiuo potu manet ieiuniuz ec
clesie vt apparet et tamen latitudo temperantie in-
fringitur igitur: non semper ieiunium ecclesie ē vir
tus sicut nec semper virginitas seruata est virt⁹ ſz
hec tertia acceptio pulsat animum. Absurdum vi-
detur concedere q̄ quis per actum qui est peccatuz
seruat et adimplet preceptum de ieiunio: nō minus
absonum apparet concedere q̄ quis nichil come-
dēdo vbi ratio dictat esse comedendum frangit ie-
iunium ecclesie vel vbi quis intēperate comedit vl'
bibit sic q̄ venialiter peccat in excedendo et sic illo
rum duorum alteruz admin⁹ accipere cogimur nō
est ambiguitas quin ecclesia semper studiose precī-
pit ieiunium et bene ageret ille qui ieiunaret ad in-
tentionem ecclesie: aliquis seruat ieiunium ecclesie
et tamen per illū actū peccat: p̄z si quis ieiunat pro
pter inanem gl'iam et preceptuz superiozis talis ve
re ieiunat. i. non est trāsgressor precepti ecclesie. p̄
bo et in primis lucidum est aliquem in peccato im-
plere p̄ceptum dei sic ſcz q̄ non erit transgressor et
hoc patuit. xxxvij. d. iij. de impletiōe precepti quo
ad ſbam actus: licet nō quo ad intentionē precipiē
tis sed colozatur q̄ per peccatū q̄s adimplet prece
ptum sicſcilz q̄ non ampli⁹ obligat̄ volens bapti-
sari propter inanē gl'iam ⁊ propter deū satisfacit p̄-
cepto q̄ nō amplius obligat̄: p̄z talis suscepit cara
cterem baptismalē: ergo amplius talis [illegible] ḋz bap
tisari. item idem post diligētiā crassam celebrās. p̄
sorte a quo capit sex paruos albos satisfacit obliga
tioni humane ⁊ tū in illo actu peccat cū iniūgne cō-
secret ⁊ māducat. si negas eū satisfacere ⁊ q̄ iteruz
tenetur celebrare est durū. idē p̄z de fodiēte in orto
ob inanē gl'iaz. Rursus de ieiunio q̄si aliquis excel
siuebibit ⁊ est intēperās venialr talis non est trans-
gressor p̄cepti de ieiunio ecclesie nō p̄hibet excel
siuū potum sub noua pena bene talis peccat per in
temperantiā sed nō aliter rōne ieiunii ecclesie. Fo
te dicis talis sic p̄ceptuz adiplens satisfacit p̄cepto
ecclesie ita ſ. ecclesia non pōt talē transgressorē in-
dicare et eū punire ſz deo non satisfacit. istud eget
libramine q̄ro a te quid est illud dicere iste satisfa-
cit precepto ecclesie et non deo constat q̄ per illum
actum: non meretur q̄stio est duo sunt quoruz alter
ieiunat ob inanem gl'iam sortes: plato non ieiunat:
vterq̄ constat peccat: sed an sortes peccet omitten
do ac si non ieiunaret est punctum negocii sicut de
illo qui dicit horas cum ossimoda euagatione mē-
tis vel ob inanem gloziam partim. si quis excessiue
comedit in meridie ad intemperantiam talis pec-
cat sed non videtur transgressor ieiunii ecclesie ec-
clesia non videtur obligare hominez nisi ad nō plu
ries comedendum nec videtur esse requisita deuo-
tio tempore quo quis dicit horas sufficit eas dice-
re propter deum actualr vel ẋtualr si inanis glo-
ria sit circunstantia circunstans nō est difficultas si
cadat in ratione obiecti partialis est maioz difficul
tas: sed actus ille habens deum et peccatum pro
obiecto simplr est peccatum ⁊ pena dignum nec eq̄
ualet duobus actibus quozum vnus habet deū pro
obiecto et alter inanē gloziam extremis digitis. p̄
nunc hanc materiā pertransiens. Diffinio ieiunium
ecclesie est volitio qua q̄s non vult comedere plu-
ries q̄ semel. si q̄s non habeat nec habuerit propo-
situm ieiunandi vel equiualēs nō videtur satisfacē
re precepto nec euitare peccatuz actus eius ex ima
ginatione procedens non est humanus licet om-
nis homo est homo per rōnem et voluntatem saltē
certissimum est non merebitur nec habebit actū bo
num si q̄s noctem iouis duxerit isomnem et dormi
erit diem sequentem vel comedit hora quarta vel
secunda postmeridiana et iterum dormiat toto die
quem latet ieiuniū is non meretur et vt opinor pec
cat nisi per ignorantiam excusetur licet talis nō po
test puniri in foro exterioze pro fractione ieiunii si
vis contendere talem ieiunare adde vel homo nō
pluries comedens q̄s semel. ḋz non pluries q̄s se-
mel non requiritur q̄ habuerit propositum semel
comedendi vel semel comedat si nichil in die come
dat satis bene ieiunat preter rōnez: martinus illud
addit et quattuor acceptiones ieiunii iutiliter astru
ere satagit in secūda questione huius materie ḋz ci-
bos permissos ab ecclesia q̄a carnes comedens nō
ieiunat quia tales cibi non sunt permissi ab ecclesia
Ex quo patet aliqui cibi vno tempore frangunt ie-
iunium ecclesie qui alio tempore non frangūt: hoc
patet: oua et lacticinia frangunt communiter ieiuni
um quadragesimale et nō quattuor temporum. si-
militer patet de loco aliqui cibi frangunt ieiunium
i vna dyocesi: patet i dyocesi scti andree i quadra-
gesima licet vti butyro et caseo i aliis nostris dyo-
cesibus non licet q̄uis pisces et lacticinia simul p̄-
parant ad morbos et potissimum lepram sed q̄ non
possunt habere pisces possunt altero vesci. Secun
do sequitur stat aliquem solum semel comedere in
die et frangere ieiuniuz: patet de illo q̄ comedit car
nes vel de illo qui i dyocesi murranie comedit bu-
tyrum vel caseum in meridie. Tertio sequitur: ci-
bus quo ad fractionem ieiunii sequitur voluntatez
ecclesie sicut solsequium solem imitatur / si roma-
nus pontifex vnam speciem piscium subtraheret /
vl' vinū in die ieiunabili capiens illa vetita tempore
prandii frangeret ieiunium. Tempus quo licet
comedere est duodecima / in quadragesima notabi
liter homo non debet p̄uenire horā duodecimam
nisi pro rationabili causa: potest tamen q̄diu volue
rit post horaz duodecimaz expectare rationabilis



causa est in aliquibus quibus perdifficile est ieiuna
re ante meridiem non autem post meridiē: vel pro
pter recessum alicuius fratris ante meridiem: vel
quia iter dirigere habet ante meridiez aliis: et mul
tis aliis causis quibus secundū iudicium p̄udentis
potest quis ante meridiez vesci. capere medici-
nalia vel bibere ante meridiez ad extingendam si-
tim non est frangere ieiuniuz: aliqui patiuntur ver-
tiginē et tremozem in mēbris quousq̄ biberint et
paruz comederint tales excusantur: rudi minerua
sufficit cognoscere horas ruri non habent horolo-
gia. Et si dicas id dinoscunt solis radio attingente
postē fenestram vel tale signum in parietez hoc nō
sufficit in die turbido multa alia signa sufficiunt pu
ta exaratio omniū sulcoruz talis agelli. agricultor
nouit alias q̄tum in octo horis coluit nunc tantuz
colit equaliter incedēs sic horas cognoscit vel per
famē quotidianaz solitam solemus dicere est duo-
decima in ventre meo vel mulier domi hoc deprē-
hendit per id q̄ suam colum nendo absoluit. Licet
iudei ieiunabant a vespera in vesperam et in legen
da beati ieronimi legitur q̄ ieiunabat a vespera ad
vesperam tamen hora duodecima quando sol me-
dium celum conscendit est consuetudo christiano-
ruz comedere: in multis istorum sufficit voluntas
et consuetudo nec citanda est alia ratio licet in mul
tis dari potest congruentia vt puta quare prohibe-
tur certus cibus et non quantitas puta libza panis
vel due libze cum varie sunt cōplexiones vt de mi-
lone et ludi magistro: propterea in vno status dari
non potest et licet vinuz sit ita inflammatiuz sicut
caro cum potus est necessarius et difficilius homi-
nes ferunt sitim q̄ ieiuniuz. carnes prohibentur et
non vinum et q̄s̄ pisa fabe et rape ⁊ huiuscemodi
sunt inflāmatiua quia ventosa tamē quia sunt par-
ui nutrimenti respectu carniuz ex quibus non habe
tur superfluitas tertie digestionis ista non prohibē
tur sicut carnes: ⁊ licet aliqui pisces sunt meliores
q̄s porcine carnes bouine de pauone vel auca tamē
quia multitudo carniuz magis prebet incentiuum
peccandi q̄s piscium: propterea etiaz vnum prohi-
buit et nō aliud: patet in piscibus de luciis perchis
et soleis. Etiam aliqui pisces aliquibus carnibus
sunt magis inflammatiui vt ostrea rigidia ⁊ pisces
grandes: tamen hoc non est communiter ecclesia
vnum prohibuit ⁊ nō reliquum. ¶ Notādum est
secundo q̄ oēs apostolozum vigilie sunt ieiunā- secundō.
de preter vigilias philippi ⁊ iacobi ⁊ iohānis euā-
geliste ratio primoruz quia eozum festa in sollēnita
te paschali ⁊ natiuitatis dñi cadūt de beato bartho-
lomeo vixit post tormenta vno die aliqui diez tor-
mentozum ieiunant aliqui crastinum: patet de con-
seruatione ieiuniozum. consilium. Idem de vigi-
lia beati mathei licet sorte fuerit electus. Et de fe
sto assumptionis extra eodem. Ex parte iste mo-
dus omnium apostolozum non obseruatur in frā-
cia sed solum istorum quos glosa tangit titulo pre-
fato. consilium. petrus ⁊ andreas paulus cum simo
ne iudas vt ieiunemus nos admonet atq̄ mathe⁹
postq̄ ecclesia ista finit et constant sufficit. In scotia
tamen debes omniuz nouem apostolozum vigilias
ieiunare propter loci consuetudinem et vt apparet
omnes vigilias nostre dñe a consuetudine: iura so-
lum tangunt festum assumptionis. Si festum na-
tiuitatis in die veneris contingeret potes eo die ve
sci carnibus nisi vouisses nunq̄ comedere carnes i
die veneris vel ex regula habes vtrum de ozdine sā
cti benedicti vel alii hoc ipsuz habeas quia si sic nō
licet tibi vesci carnibus: q̄cunq̄ vult non comede-
re carnes potest illo die non comedere. illud patet
extra de obseruatio. ieiunio. Explicari de ieiuniis
quattuor temporum: primum est in principio qua-
dragesime: scōm in ebdomada penthecostes: tertiū
est in septembri post festum crucis: quartum in
decembri in proximo sabbato ante vigiliam natiui-
tatis dñi post festum lucie. istud patet. lxxvj. distin
ctione. de ieiunio. ⁊ capitulo sequēti. ieiunia quatu
or temporum cadunt quarta feria / sexta feria / ⁊ sab
bato qui dies strictius seruantur q̄s reliqui. Quar-
ta feria christus venditus est / sexta crucifixus / sab-
bato iacuit in sepulchro. Ieiunia quattuor tempo-
respondent ieiunio mensis quarti scilicet iulio qui
est quartus ab aprili quem pro primo mense cōpu-
tant iudei zacharie. viij. nos obseruamus ob alias
causas in temporibus signatis aliis a die paschatis
vsq̄ ad penthecosten nullum est ieiunium sicut de-
clarat beatus ambrosius in sermone super hoc fe-
sto qui incipit. scire debet sanctitas vestra: sed con-
suetudo cogit profestum penthecostes ieiunare nec
putandum est q̄ quis tempore illo intermedio ie-
iunans peccat: quia anthon⁹ et paulus et ceteri pa
tres solum leguntur rigorem abstinentie mitigasse
in diebus dñicis: imo potest homo ieiunare in die-
bus dominicis vt hieronimus dicit ad lutinum vtī
nam inquit omni tempore ieiunare possim⁹ q̄ō in
actibus ap'lozum / diebus penthecostes / et die dñi-
co apostolum paulum et cum eo credentes feciſſe
legimus. Et beatus augustinus in quadā ep'la illō
declarat per factum xp̄i quadraginta dies cōtinuo
ieiunantis: ergo ieiunauit diebus dñicis. Ieiunium
q̄dragesimale est decia pars anni superaddūtur q̄t
tuor dies vltra frigita sex q̄ sunt vera decia illi q̄ttu
or sufficiūt q̄ ieiunio quattuor tpm vel propter imi
tationē ieiunii xp̄i. math. iiij. vel moysi. exo. xxxiiij.
et helie. iij. regū. xix. dies dñici non ieiunantur: sed
ne homines se ingurgitent vt faciunt in festo carnis
priuii vt olim fiebat vetitū est tunc comedere car-
nes. Insuper quadragita est numerus austeritatis
et laboris sed partes ei⁹ aliquote quinquaginta nu
merum quietis procreant et annum iubileum has
partes aliquoras habet quadraginta / viginti / decē
octo / quinq̄ / quattuor / duo / ⁊ vnum hinc post q̄dra
ginta dies laboris sequuntur quinquagita dies nō
ieiunabiles fractio viti⁹ diei nō impedit propositum.
rite in verno tempore est institutum ad reprimēdā
carnem petulantem que illo tempore impetuosius
contra rationez stimulat dicente Marone tertio ge
orgicoꝝ. Clere magis quia vere color redit ossibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



ille tunc sole intrante arietem terre nascentia virēt et germinare incipiunt ex ista parte equatoris. tropicum capricorni versus tunc arescunt ⁊ germinatio incipit in libra vt opinor quia est eadem ratio sicut de nostro vere et finali estate ⁊ quia plures habitant ex ista parte equatoris q̃s alterius est maior cōgruentia q̃ ieiuniuz quadragesime fiat in vere nostro ⁊ vbi christus ieiunauit q̃s in illorū q̃ nostro autumpno respondet. ¶ Istis notatis pono conclusiones. Prima est: frangens ieiuniū vbi non est rationabilis causa frangendi peccat. probatur cōclusio quia si non hoc maxime essz quia ecclesia nō potest aliquid precipere sub pena peccati hoc consequens est falsum et statim reprobabitur tanq̃ delirum et insanum. ¶ Secunda conclusio sicut ieiunium quadragesimale ceteris ieiuniis est arctius obseruandum sic vno die frangens totā cathegoreumatice frangit. prior pars patet patrū testimoniis. Insuper nō inopinabile est q̃ est de iure diuino: ita beatus augustinus insinuare videtur in quodā sermone de quadragesima. Et recitatur in matutinis pasche dñice quadragesimalis. Preterea fertur in vitis summorū pontificum q̃ beatus petrus instituit et dubium est vtrum fuerit institutor vel precepti diuini promulgator et de consecratiōe distin. v. capi. quadragesima. q̃dragesima summa obseruatione est seruanda vt ieiunium in ea preter dies dominicos qui de abstinentia subtracti sunt. ⁊c. Item beatus ambrosius sermo. xxxiij. quisquis christianus consecratā non adimpleuerit quadragesimam preuaricationis ⁊ contūacie reus tenebitur legē diuinitus pro salute sua datā ipse rescindit. ⁊ sermōe xxxvj. habent quadragesime modū non esse ab hominibus constitutū sed diuinitus cōsecratū nec terrena cogitatione inuentū sed celesti maiestate preceptum. Et ideo qui constitutum nūerum vna die manducando preterit / non vt vnius diei violator accusatur. Secunda pars patet quia iam totum desinit esse integrum. ¶ Ex his sequuntur propositiones q̃ cenās die iouis ebdomade sancte frangit ieiunium. patet de consecratione distinctio. tertia. capl'o. Non liceat. Secundo sequitur q̃ pluribus causis obligatus ieiunare non ieiunans plus peccat: hec propositio probatione non eget.

Prima ꝓclusio.

ij. conclo.

Ex quo iterum sequitur prelati ecclesie et presbiteri plus peccant q̃s laici et alios scandalisant. Causa excusans a ieiunio est infirmitas non posse habere refectionem ad semel comedendum: laborare in sudore vultus pro lucrandis necessariis: laboranti et sue familie nō sufficit pro excessiuis diuitiis senectus ⁊ iuuētus sed quales postea tangetur: permutatio dierum est rationabilis causa vt apud sanctū quintinum non ieiunatur professum omnium sanctorum cum dies sancti quintini illa die cadat sed alium diem ob id ieiunant nec in hoc peccant commutante superiore. libro quinto de institutio. cenobiorum. cassianus dicit cum profectus est de partibus syrie ad partes egypti ob eius aduentum passim fratres fregerunt ieiunia. ¶ Contra duas primas cōclusiones arguitur: ecclesia non potest aliquem obligare ad aliquid faciendum sub pena peccati mortalis: ergo frangens ieiunium non peccat. antecedens patet: quia non potest infrigere penaz debitam pro peccato mortali quia non penam perpetere in inferis. ¶ Respondet aliqui docti potiꝰ scioli huic medio intentes publice predicabāt dicētes se nescire deducere ex diuinis eloquiis q̃ homo transgrediens preceptum ecclesie peccaret cui applicare videtur gerſō in de vita spirituali anime lectura quarta circa principiū sic inquit. nulla trās=gressio naturalis vel humana vt naturalis vel humana est peccatum mortale propter restrictionem quam habet potest exponi: sed nō insisto taceo de aliquibus aliis quos recitat panormitanus in prīcipio tituli de obseruatiōe ieiuniorum omnia illa sūt somnia languidorum contra apostolum ad romanos secūdo. gentes. ⁊c. vbi expresse vult q̃ contrauenientes legi nature peccat q̃s adhuc non sit preceptum diuinum non inditum. ⁊ mathei. xxiij. Super cathedram moysi sederūt scribe ⁊ pharisei omnia quecūq̃ dixerint vobis facite. ⁊ prime petri secūdo. subiecti estote oīi humane creature propter deum siue regi quasi precellenti siue ducibus tāq̃ ab eo missis ad vindictam malefactorū. Et paulo post sequitur: serui subditi estote. ⁊c. Et beatus augustinus ad bonifaciuz comitem dicit. qui legibus imperatorum qui pro dei voluntate feruntur obtēperare non vult acquirit grande supplicium: nemo est doctus qui vnq̃ opinatus est oppositum. Ex illa positione sequitur q̃ comedens carnes in die veneris i occulto nō peccat: nec presbiter celebrās horas secūdum quēcunq̃ vsum: sufficit rogare deum q̃ nemo peccat nō soluens pedagia quātuncūq̃ iuste impositā tot deliramēta sequuntur q̃ ille modꝰ nō est audiendus sed explodēdus. Et quādo dicitur nō potest infligere penam peccato mortali debitam: quicquid sit de illo nego cōsequētiaz sicut apostolus negaret ad roma. scō. Forte dicis per capitula iam inducta sequitur q̃ quelibet trāsgressio humana est cōtra preceptum diuinum: qui vos audit me audit / qui vos spernit me spernit: negatur consequētia: distinguitur q̃ trāsgrediens preceptum humanum cōtraueniat precepto diuino vel generali precepto obedire superioribus ⁊ sic cōcedo ⁊ hoc nō sufficit ad esse preceptum diuinū: alioquī nulluz essz pure humanū cōtra recte loquētes: vel speciali ⁊ sic negatur: furtum vel fornicatio cognoscūtur opponi preceptioni diuine vel prohibitioni siue assumptiōe statuti vel precepti hominis: secus est de ieiunio sancti petri vel andree. in discursu accipies vnā propositiōem de iure humano solum vt sic arguēdo: oportet obedire superioribus meis iste est superior meus: ergo ei est obediendum: vel sic cuilibet legi superioris est obediēdum ieiunare professum sancti andree ē lex superior igitur: vides semper aliquid in antecedente q̃ nō est de iure diuino et sic conclusionem pure esse de iure humano insequentem debiliorem partem vt liquet.

Rñio ad argumen.

af̃ Pclu.



multi existimabant me longe aberrare propter modum quem ab vnguiculis hauserunt potius q̃s propter rationem et omnes veteres cōfessi sunt leges pure humanas obligare sub pēa peccati aliqui neoterici aiunt hoc procedere a iure diuino et esse de iure diuino hoc non valet. Tum primo non multum differimus an sit peccatum vel ne sed in modo loquendi et mulgent hircos. Tum secundo est causa multorum errorum talis modus aliqui capientes duas propositiones: quarum vna. nulla lex humana potest obligare sub pena peccati. secunda ieiunium quadragesime vel quatuor temporum est solum lex humana cuestigio inferebant preuaricatio talium non est delictum quocirca nō ab re vtor modo loquendi maiorum et veterū. incassum esset hic immorari non habituatis: sed propter illos quibus prestaret dicere quod primitus didicerunt tetigimus. Sed contra hoc arguitur: sequitur q̃ ecclesia potest me obligare ad nunq̃ comedendas carnes et ad ducendam vitam cenobiticam: cōsequēs est falsum ergo et antecedens: probo consequentiā ecclesia obligat me ad ieiunandos quadraginta dies, et plerosq̃ alios in anno. tunc sic vel ecclesia potest addere vnam diem istis vel non potest / secundum est preter rationem. si primum peto an potest addere secūdum diem tertium diem et sic sine statu. Preterea frequenter superior nichil cogitat de peccato mortali sed transgrediens non obligatur nisi secundum intentionem obligantis: propterea transgressiones regule beati dñici non imputantur ad culpam et aliq̃ transgressiones regule beati frācisci non sunt imputabiles ad culpam et ponderat romanus pontifex intentionē beati francisci vt patet: exiit qui seminat et exm de paradiso. Ad primū negatur q̃ romanus pontifex potest obligare me sine culpa ad nunq̃ comedendas carnes hoc esset opus heroicum: bene potest tamen ad aliquod tempus nec michi est cure vbi est precisus status sufficit quando causa est rationabilis potest obligare et quacunq̃ congerie dierum data adhuc potest superaddere aliquos dies sed si immensum superadderetiam transgrederetur rationem et non faceret preceptum quocunq̃ die oblato est eadem difficultas sed non in multis. et non solum romanus pontifex potest obligare ad aliquid sub pena peccati ſz etiam alii superiores seculares vel spirituales dūmodo procedunt secundum auctoritatem eis datā Alii absurde respondentes dicerent transgressionem humanam esse contra ius diuinum sed hoc nō valet licet omnis auctoritas humana si iusta est robur habet a deo tamen aliquod est pure de lege humana. Ad aliud argumentum quid ad a sufficit nobis aliquam labefactionem legis pure humane esse peccatum. Sed contra ista arguitur: romanus pontifex nō potest sub pena peccati obligare: ergo nullus: consequētia claret quia ipse est supremus vnus homo in ecclesia: antecedens patet de gallis non ieiunantibus nouem apostolorum professta nō est dicendum q̃ peccant et tamen romanus pontifex precipit oīibus equaliter. vt patet extra de observatione ieiuniorum. capi. consilium. Forte dicis et sic dicendum est q̃ consuetudo deobligat gallos primi galli non ieiunantes peccabant quia contrauenientes precepto ecclesie sed postq̃s ecclesia hoc cognoscit et sinit iam vlterius eos non obligat cōmentatores in iure pontificio vltramontani modū gallorum vident et non reprobant nec doctores in gallia hoc reprehendunt quare galli in hoc nō peccant. Etiam dato q̃ aliquis vnus diceret eos peccare vbi non constat eis de peccato non tenentur ieiunare. Et si dicas per illud beati augustini tunc leges instituuntur cum promulgantur tunc vim habent cum moribus vtentium approbantur. Dicite rum est opinatio credens superiorez non posse obligare subditos nisi consentiant omnes quod falsū sentio quia si sic appro* populi facit aliquod esse peccatum et non superior: dico q̃ illa auctoritas bene potest intelligi et male: vnomodo sic q̃ requiritur approbatio populi ad hoc q̃ superior obligat et hoc nego vt patet de communicatione sub vtraq̃ specie bohemorum si dicerent se velle seruare consuetudinem patrie et de continentia sacerdotū non tamen nego quin superior non debet obligare vnum populuz contradicentem vbi rationez haberet. Et obligatio esset inanis bohemi debent se cōformare aliis propter preceptum ecclesie et nullaz rationem habent ponere scisma in modo viuendi ⁊ potissimum in tangentibus ius diuinum. Aliomodo intelligitur auctoritas tunc vim habēt id est durabilitatem et permanentiaz cum moribus vtentium approbate fuerint. ¶ Sed contra illud argumentor quando dubito de lege superioris an sit recta non teneor sub pena peccati me confirmare illi cum dubium est michi an sit contra legem nature vel diuinam: similiter vt legem humanaz transgrediens plus peccat vel equaliter sicut transgrediēs legem diuinam vel minus: non tertium quia tunc transgrediens legem superioris plus peccat q̃s legem inferioris et tunc nescis dare q̃s grauiter peccat qui transgreditur legem legalez cuz nescias an imperator sit superior ceteris regibus. Ad primuz dico q̃ quando constat michi preceptionem superioris esse contra legem nature vel diuinam eo ipso non est lex nec optemperandum est quando dubito obtemperabo etiam anteq̃ scisma excitem in populo possum iuri meo cedere et debeo: secunduz illud Mathei quito. qui angoriauerit te mille passus vade cum eo alia duo: capiens mea iniuste facit contra ius nature et diuinuz sed ego dans ne scisma oriatur in populo non pecco non do pure sponte mea. Ad aliud argumentuz dicitur q̃ peccat minus transgrediens legez humanaz q̃s diuinam sed non in ea proportione minus q̃s prelatus est deo inferior cuz in vno sit excessus infinitus. de hoc quod adducis de imperatore nichil nunc dico malo vt salustius inqt de cartha. tacere q̃s parū de ea loq̃pdo q̃ nemo theologꝰ nouit i hac via q̃s deteriate est malicie ꝺ petrū vl illud sufficit q̃ dicat ꝺ est mortale

Universidad de Deusto
Biblioteca



magnum vel pᵃruum sicut a remotis tu vides og vel goliam scis dicere isti sunt magni viri sed quot digitos habent in longum te prozsus latebit vᵗ pal mas. Si dicas beatus augustinus in diffinitiõe pec cati dicit/dictum factum vel concupitum ponit cõ tra legem dei:ergo si est aliquod peccatum est con tra legem dei. Duplicite respondeo: tum primo non diffinit peccatum in generali sed peccatum cõ tra legem eternam. Secundo dico mediante trans gressione legis humane est contra legem dei.

Queritur quarto circa hanc distinctionem decimam quintã an tertio comedens frãgat ieiunium sicut secundo comedens. dico materia est probleumatica vtrimq; argumentabor nec alia erit probatio: et primo teneamus q̃ tertio comedens non frangit ieiunium. ¶Contra hoc argumentor si non: sequitur q̃ aliquis per culpam suam esset deobligatus a ieiunio consequens est inconueniẽs q̃ quis importaret lucrum ex culpa sua. Et consequentia patet quia tertio comedẽs frangit ieiunium et tertia videtur ita mala sicut secunda: igitur. Insuper ista via sequitur q̃ quis potest vesci carnibus sine peccato post secundam comestionem consequens est falsum. et consequentia patet si non/hoc maxime est quia hec dies est ei ieiunabilis: hoc est falsum post q̃s ieiunium fractum ẽ igitur. ¶Ad primũ nego consequentiam lucrũ in ore damnum in anima: sed fateor secunda comestio que est peccatum est causa quare tertia comestio non est peccatum si non excedit latitudinem tẽperantie in tertia comestione. Ad secundam nego consequentiam stricti or est prohibitio carnium q̃s comestionis alterius/vides pueri non ieiunãtes nõ vescuntur carnibus nec amentes: propterea secundo comedens carnes in die ieiunabili duobus peccatis realiter vel equiualenter peccat. Tum primo /secundo comedit. Tum secundo vescitur carnibus toto illo die prohibitis. Et si tertio comedat carnes sciẽter iterum peccat comedẽdo q̃ pro toto illo die est vetitum. Sed stat dare secundam comestionem in die ieiunabili vbi homo tenebatur ieiunare non esse peccatum: probo: comedat sortes hora octaua ante meridiem sine rationabili causa: sortes tunc semel comedendo frangit ieiunium tũc ieiunio extincto in secunda comestione non peccat: nec hoc est mirandum: si quis in prima comestione in quadragesima comedat oua vel carnes peccat et frangit ieiunium. potes inducere punctum non omnino impertinens cum oua et carnes totaliter sunt prohibite q̃ quot partes sortes carnium comedit totiens peccat et si sic cuz sint infinite partes ꝓportionales in hac carne ifinite grauiter has carnes comedendo peccabit sed non super quamlibet partem proportionalem habet distinctum actum. Sed probo q̃ nec secundo nec tertio comedens peccat et hoc sic: q̃primum ieiunium est fractum homo non tenetur ieiunare sed in comestione prima in casu prefato vel in tertia comestione cõmuniter ieiunium est fractum ante q̃s aliquid comedatur. patet ante q̃s comedam secundo volo comedere et q̃ primum volo comedere ieiunium est fractum: sed ieiunio fracto homo non peccat comedendo: ergo secunda comestio exterior non est peccatum et eodem modo nec prima comestio hora octaua. ¶Respondeo per propositiones. Prima est: ante q̃s homo exterius comedit/ieiunium est fractuz licet recuperabiliter velle non ieiunare vel nolle ieiunare vel velle antecedens adhuc frangit ieiunium. ¶Secunda propositio: hoc non obstante comestio exterior est peccatum sicut peccatum actui exteriori conuenit: patet: imperatur a peccato: ergo est peccatum: et hoc sufficit ad actum imperatum esse peccatum. ¶Tertia propositio: ille actus interior continuatus postea desinit esse peccatum: patet: post fractionem ieiunii ex qua sequitur actus exterior tunc desinit esse peccatum saltez post interruptionem licet a peccato oztum habuerit. non absonũ est concedere eundem actum interiorem vel exteriorem entitative primo esse peccatum postea non esse peccatum ipso remanente: quinimo non absurde concedendum est eundem

Rño ad argumen

q̃ f̃ posi.



actum exteriorem esse imperatum a peccato & non peccato interiore simultate temporanea vel instantanea. Et hanc illationem nego hic actus exterior a nõ peccato volũtatis huius emergit: ergo hic actus est nõ pcm̃. Sed cõtra ponamus q̃ volitio comedẽdi que est fractiua ieiunii eliciatur pure partibiliter: & sit nũc vltimuz instãs nõ esse illius elicitionis. Arguitur sic: hic actus imediate post hoc erit nõ peccatũ & hoc nõ misi per fractionẽ ieiunii primã per te sed illa volitio non plus erit fractio ieiunii: ergo prius erit nõ peccatum quod nõ est intelligibile. ¶Respondeo per propositiões. Pria est immediate post hoc actus ille erit peccatuz: patet nũc ille actus incipit per remotionem de presenti & positionem de futuro: ergo post hoc erit volitio frangendi ieiunium et nõ est dabile instans post hoc. &c. sed q̃primum erit volitio frangendi ieiunium vel ieiunium frangẽdi volitio ita cito incipit esse peccatum: igitur. ¶Secunda propositio: alicui primo obtuitu apparens immediate post hoc ille actus erit non peccatum: patet: ante quodlibet instans futurum ieiunium erit fractum: sed q̃primũ ieiunium erit fractum tam cito ille actus desinit esse peccatũ: igitur. ¶Tertia propositio: ille actus immediate post hoc erit peccatum et in nullo istanti futuro verum erit dicere hic actus est peccatum Si petas pro quo tempore veruz erit dicere hic actus est peccatum: diceret aliquis q̃ in quolibet tempore terminato ad vltimum instans non esse elicitionis illius actus. ¶Quarta propositio: licet prius natura hic actus erit peccatum q̃s nõ peccatum tamen nõ datur instans in quo prius erit peccatum q̃s non peccatum non respicias ad cõtinuationem naturalem post elicitionem et hoc sufficeret: est non peccatum in illo tempore in quo non incurritur noua pena. Sed in proposito non sic dicẽdum est actus interior est peccatum quousq; ieiunium sit totaliter fractum quod nõ fit i instanti sed in parvo tempore: et sic hec est falsa hic actus immediate post hoc erit nõ peccatum et per primam comestionem durat actus peccatum non fit comestio in instãti non oportet q̃ q̃primuz ieiunium sic fractuz q̃ actus idem sequens continuatus sit non peccatum sed bene post interruptionem formalem vel equiualẽtẽ. Secundo arguitur: preceptũ de ieiunio est negatiuum: ergo quotienscunq; fit contra ipsum peccatur. Et cõfirmatur: qui vouit virginitatem totiens peccat quotiens alteri cõmiscetur: ergo qui comedit pluries q̃s semel totiẽs peccat.

Ad primum martinus negat cõsequentiam: dicit sunt multa precepta negatiua que nõ semper obligant sicut preceptum de ieiunio nõ obligat die dominica. Ad secundum negat consequentiam quia in primo manet obligatio voti quãtum ad aliquod in secundo nõ manet obligatio ieiunii post secundam comestiõem. ¶Neutra solutio satisfacit argumento nõ prima quia non instat ad propositum cõtra preceptum negatiuum debet loqui de die ieiunabili et sic peregrine introducit diem dominicam

Ad secundum argumentum negat consequentiam sed discrimen non dat. ¶Preterea ad primuz nego cõsequentiam nõ est intentio ecclesie totiens hominem obligare. Ad secundum argumentum de voto erit copiosior sermo: sed pro nunc dico contrahens post votum simplex primo reddens debitum peccat: potest adhuc volare ad frugez melioris vite scilicet religiones postea tamen potest reddere petente vxore sine peccato non autem expetere. Sed contra vtramq; solutionem argumentor: vnde tibi constat de intentione ecclesie non hominem equaliter obligante in tertia comestione et in secunda ecclesia in proposito est romanus pontifex et consiliarii eius que de hoc fortassis tantum cogitaũt sicut vulpes ad occidendos agnos in codez nemoze in quo latitat. ¶Respondeo licet ecclesia nichil cogitauit exponim9 i mitiorẽ partem intentionem ecclesie pene sunt restringende nisi vbi nõ constat de opposito. Insuper in constitutionibus penalibus positiuis humanis nõ totiens incurrit quis penam quotiens transgreditur preceptum. Si rex vel senatus prohiberet sorti non percutere platonem sub pena centum marcarũ argenti/et sortes quater percuteret platonem non tantum soluit pro secũda percussione sicut prima qui promisit stare sententie arbitri sub pena: primo cõtraueniens incidit in penam non autem ampliꝰ. ff. de arbitrio. l. Si duo. §. penultimo. Et si dicas contra exemplum meuz sortes secundo percutiẽs peccat sicut primo hoc est verum quia contra legem diuinam & nature sed non cõtra constitutiõem positiuam humanam secunda vice est penalis transgressor quod sufficit. Tertio argumentor qui vouit hoc toto die non bibere vinum totiens peccat quotiens bibit vinum: ergo eodẽmodo de tertia comestiõe et quarta: antecedens patet: qui vouit non bibere vinum in aliqua parte huius diei post q̃s bibit in vna parte adhuc manet obligatio pro alia parte: igitur. Et cõfirmatur tertio celebrans in die non cõcesso peccat sicut secundo celebrans. Ad tertium argumentuz dubitandum esset antecedens ab aliquibus potest homo dicere sicut de veniis perpetuis in aliqua ecclesia ordinatis quotienscunq; vadit homo ad eas lucrãdas lucratur venias non tamen si essent temporance puta pro certis diebus qui sunt ordinati vt qui non possunt venire isto die veniant ad eas lucrandas alio die et non pluries illo tempore sic diceret si homo voueret nunq̃ bibere vinum totiens est transgressor quotiens bibit. sed si voueret nõ bibere isto die potest solum semel transgredi: sed cõcedo antecedens nego consequentiam post preuiã transgressionem in bibitione vini/stat obligatio pro tempore futuro talis virtualiter vouet non bibere in a/non bibere in b/non bibere in c/et sic consequenter ita q̃ obligatio cadit super quamlibet partem diei in forma preceptum de ieiunio quadragesimali cadit supra quadragita dies solum et nõ super partes dierum. Iz bene super quẽlibet diẽ. Ad confirmationẽ ꝓnia non valet: patet ex dictis

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et si dicas per tertiam comestionem caro sic insurgit contra spiritum sicut in secunda: ergo talis tertia vice comedens contrauenit intentiõi ecclesie sicut secundo comedens. Respondeo ecclesia licet hoc intendat non tñ constat an intẽdat ad ꝟ obligare. Ecce analogiam in lege diuina deus intendit q̃ homo mereatur vitam eternam implendo precepta non tamẽ obligat homines semper implere p̃cepta ex gratia vel ex merito: frequẽter existens in peccato mortali adimplet preceptum ad intentionem ad quam deus obligat sub pena peccati. adde quod martinus in fine illius questionis prenominate titubare videtur in sua positione et non loqui bene consequenter dicit cum omnibus primo dictis stat q̃ licet obligatus hoc die ieiunare non totiens peccet mortaliter quotiens pluries comedit tamẽ circunstantia temporis est conditio aggrauans peccatum ter aut quater aut quinquies comedens nõ tamen sequitur q̃ peccet qualibet vice mortaliter quotiens pluries comedit nec q̃ peccet tertia z q̃rta et quinta vicibus quãtũ peccat secunda et hoc q̃tum est ex vi precepti de ieiunio hic videtur dicere q̃ tertio comedẽs venialiter peccat vel mi⁹ mortaliter q̃ secundo comedens. Et si dicas loc⁹ a cõtrario sensu non valet apud theologum hoc nõ sufficit eius intentiõi. Insuper in eadem questione cõclusiõe quarta allegat godofridũ de fontibus quotlibeto quinto. questione duodecima dicente. si primo tango non meam pecco/ si secundo eam tango minus pecco quia iam sum transgressus preceptũ: non credo ei nec godofrido q̃ ceteris paribus cognoscẽs scõo non meam minus pecco q̃ p̃mo eam cognoscens. secus est de virginitate vbi cetera sũt ip̃aria. dico q̃ illa positio debet dicere q̃ tertio comedens et extra secundam comestionem non peccat nisi aliunde proueniat impedimentum per intemperantiam vel aliud: oppositum dicens non intelligit seipsum. Hunc argumento: contra aliam positionem que tenet tertio comedens tantum peccat sicut secundo comedens vel quarto comedens sicut secundo comedens. Et introducam aliquas rationes durandi et martini de magistris quibus nituntur probare oppositum et eas eluere elaborabo sic arguit martinus: secundo comedens frangit ieiunium: ergo tertio comedens reperit ieiunii iam fractum: ergo non frangit ieiunium. tenet consequentia: solum integrum frangitur. Respondetur q̃ hoc argumentum non concludit vouens non bibere vinum hodie primo bibens non contrauenit voto et est fractum. Dicam q̃ secundo bibens non frangit votum quia iam ante fractum est: illud est contra godofridũ de fontibus quito quotlibeto questiõe duodecima quem martinus insequitur in conclusione quarta eiusdem questionis. eodemmodo vouens virginitatem cognoscens aliquem primo mortaliter peccat et secundo etiam et tamẽ votum est fractum. Si dicas secus est circa materiaz gustus et tactus. Contra potest eam ducere in vxorem per votum simplex et tamen nunq̃ licet ei petere debitum et martinus non negat. Secundo arguitur sic: preceptum obligans ad non transgrediendum limitem non obligat nisi eos qui sunt infra limitem: per secundam comestionem ille non est infra limitem: igr. Rñdeo q̃ hoc argumentuz equaliter probaret de voto virginitatis et vini q̃ hoc tãtum ipsemet negaret. Fortasse inficiaris esse simile. Tum primo bibens in a tempore obligatur prob et c temporibus in quibus potest seruare suũ votum: sic tibi dicam obligatio ecclesie est hunc obligantis non pluries q̃ semel comedere et quotiẽscunq̃ illi contrauenis totiens trangrederis preceptum. Tertium argumentum eius est idem cũ primo. Quarto arguit si semel secundo comedit frangit ieiunium/ et si ter duo ieiunia sed in eodem die non possunt esse ieiunia duo. Respondeo quando secundo comedit frangit ieiuniũ et quando ter non frangit duo ieiunia quia non sunt duo in eodem die nec vnum quia est fractum sed quia facit quod i se est in tertia comestione ad frangendum ac si esset integrum non minus peccat: etiã tibi dicam sunt plura ieiunia in eodem die quando secundo comedit: ieiunium totius diei cathegorice est fractũ sed non huius partis demonstrando horam quartam postmeridianam sicut de vouente virginitatem. Et si dicas ipse est bonus theologus et opinatur sicut ricardus vel martinus tertio comedit si sciret se tertio peccaturum non vellet peccare illud non prodest. dubium est satis an tertio tantum peccet sicut secundo: exponens se periculo peccat. quicquid sit adducit exemplum si dñs inhibeat michi frangere vitrum percutiendo vitrum pecco postq̃ percutiendo vitrum fractum non si debeam dare scutuz si frangam ipso facto percutiendo non debeo dare tot scuta quotiens percutio. Respondetur quic quid sit de illo exemplo postq̃ vitrum est fractum non est amplius frangendum. sed coram deo non minus pecco postq̃ facio quod in me est ad secundo et tertio frangendum. Et quia dicit illud exemplum concludere contra aduersarios illud euacuãdum est: vel prohibitio de fractione vitri est ipsum non frangere sub pena vel peccati vel alterius pene vel non percutere hoc vel hec demonstrando suas partes. Si primum fracto vitro partes vel entia que fuerunt eius partes percutiendo non peccas non contrauenis prohibitioni. Si secundo percutiens tantundem peccas sicut primo et etiã amplius propter contemptum vel saltem non minus: sic in presentiarum dico. etiam potest prohibere fractionem ieiunii huius diei. Et hoc bifariam intelligi potest: vnomodo q̃ homo non obligatur ad aliõ ipso facto. Et restat probare ecclesiam intendere hominem obligare in illo membro. Aliter etiam potest intendere prohibeo comedere pluries q̃ semel hoc die. et hoc reputat fractionẽ ieiunii et illõ reputatur frangere quod huic cõtrauenit sicut vouens virginitatem scõo cognita voluntarie a non suo peccat et contrauenit suo voto licet non in propriis terminis cum amplius non est virgo.



Insuper argumento: si tertio comedens peccaret peccato fractionis ieiunii sequitur q̃ ille qui in secũda comestione caperet centũ morsellos totiẽs peccaret peccato fractionis ieiunii: consequens est falsum ergo et antecedens: probo consequentiam: tertia comestio est peccatum: quarta et quinta et sic sine statu. Preterea sequitur q̃ aliquis in casu cẽt perplexus: consequens est falsum non cadit perplexitas in lege dei: probo consequentiam cõedat aliqs parum mane quod non sufficit sustentationi sue nature talis secundo comedens peccat per hanc positionem frangendo ieiunium et obligatur succurere sue nature q̃ ad aliqd ip̃ossibile obligatur. Ad primum dico q̃ hoc argumentum non est maius contra hanc positionem q̃ oppositam des illi solutionem et illa michi sufficit. Propterea pro vtraq̃ positione dicamus et argumentũ aliquid coloris habet dũmodo homo scit argumentum regere pro secunda comestione totali homo peccat vnico peccato mortali: similiter in tertia comestione sed nõ pro qualibet comestione partiali sicut ille qui itendit occidere hominem fuste vel pugno est nisi vna occisio et vnum mortale non loquor de partibus illi⁹ mortalis sufficit michi q̃ non quelibet impositio panis vel carnis i os reddat mortale. dicis anveniale redit et tunc mortale ex venialibus resultabit huic pũcto alibi prolixum sermonem habes. Sed contra istud insto: pono aliquez qui pransus est in meridie talis sit sortes incipiat comedere horã tertia et comedat paulatim vsq̃ ad horam sextaz plato octies comedat et interrũpat comestionem. Arguitur sic: ex solutione oportebit dicere platonem octies pl⁹ peccare q̃ sortes peccet. et tamen minime videtur dicendum cum sortes diutius continuet. Respondetur cõsequentia est nulla forte tamen consequẽs est verum stat sortẽ aduertere ad principium comestionis et non ad contumationem plato ex sua malicia octies distincte comedit et vult comedere tũc bene potest plato octies plus peccare q̃ sortes: sed si sortes totiens distincte cogitat de comestione sicut plato esto q̃ semel comedat comestione totali stat q̃ plus vel equaliter peccet cum platone: propterea in omnibus istis currendum est ad actus interiores et non exteriores. Sed manet vna replica et qõ dicebam et verum est homo comedens lente duabus horis comedit sine fractiõe ieiunii sed si interpaulatim comederet per interpositionez medie hore frangeretur ieiunium. sed vides non esse simile cum maneat in suo tempore. Ad aliud nego q̃ aliquis est perplexus de illo qui comedit mane: cras ab aduersario quid deberet facere in secũda comestione: et sicut ipse respondet respondebo. propterea hoc non est ponderandum contra hanc positionem plusq̃ contra aliam: dico vel aduertit quãdo mane cogitat vel non: si secundum sicut plerũq̃ accidit sine culpa comedentis si comedat paruz cogitans et sciens tunc vel talis potest sine lesione sui corporis ieiunare vel non. Si primum ieiunet si nõ potest non obligatur sicut mendicus et plerique alii debobligantur. dicis forte est ei difficile. ex dictis solutionem habes quid facere debeat tunc vesci debet. Dicis ieiunans profestum omnium sanctorum impositum a gregorio quarto: nullum ieiuniũ frangit: patet omnium sanctorum profestum ieiunat: ergo isti horum demonstrando iohannem z petrum posita constantia z sic murmur nostratum hibernicorum est licitum conquerẽtium de aduentu iohannis vel petri quare non venit in profesto omnium sanctorum si sunt distincta festa. Respondetur aliqui sancti habent festa particularia eis deputata et ieiunia aliqui sancti non habent festa particularia. propterea decens est habere vnum commune. est festum omnium sanctorum collectum redemptoris christi vere virginis b aptiste angelorum et sic de aliis sanctis copulatim. propterea stat ieiunare profestum omnium sanctorum bene et nullius sancti particularis in anno sicut titius nichil furatur a cõmunitate venetorum et tamen a sempronio eorum duce furatur vnum equum quez domi habet. Nec sequitur hoc profestum demonstrando assumptionem frangit sortes et illud z sic de singulis particularib⁹ copulatiue: ergo festum omniuz sanctorum imo copulatim. non sufficienter enumeras supposita sancti non habentis festa specialia vt linus cletus hic includuntur. Dicis tunc illud profestum est pro omnibus in celo z sic successu temporis augetur cum plures sunt in celo hodie q̃ anno preterito z anno sequenti q̃ hoc anno. Insuper tunc est festũ ecclesie que semper est sancta de ecclesia militante loquor saltez semper sancta est ecclesia. Si dicas laudanda est nauis cum venerit ad portum tunc existẽtes in purgatorio includuntur hic cuz non sunt in discrimine maris. Preterea sequeretur q̃ frangẽs ieiunium omnium sanctorũ plus peccaret q̃ frangens quadragesimam z quemlibet alium diem ieiunabilem totius anni: patet acrius est peccatũ frãgere profestum simonis et iude q̃ esset solius simonis: z sic gradatim ascendendo et cum mille millium assistunt ei et decies centena millia seruiũt ei danielis septimo: et apocalip⁸. quinto. de angelis qui in hoc facto includũtur patet in locis canonicis huius diei. Respondetur potissimum istud festuz instituitur de ecclesia triumphante quorum sanctitas est in termino fruendo: sunt sancti in via s3 eoz sctitas procellis occeani agitat sctitas est secura in purgatorio cũ illi sp̃s sunt in gr̃a sũt bri spe hoc est sunt certi potiri beatitudine et in secula seculorum deum videre. Ad calculationem profecto est grande peccatum frangere profestum omnium sanctorum sine rationabili causa: sed nego p̃iam q̃ sit maius peccatuz frangere illud festum q̃ frangere omnia ieiunia totius anni sicut vna volitio confusa de homicidio mille non est peioz viginti distinctis volitionibus de occidendis viginti: et transeat q̃ sit maius peccatuz frangere illud festum hoc anno q̃ anno preterito propter plures inclusos stat dare q̃ esset maius peccatum frangere diem veneris ebdomade sancte q̃ festum omniuz sanctorum propter

Universidad de Deusto
Biblioteca



scandalum iudicaretur talis male sentire de passione redemptoris nostri et scandalisaret etiam quia speciali⁹ vnus dies vni attribuitur q̃ alius: propterea maioꝛ contemptus directe fit contra deum frãgendo festum natale saluatoris q̃ frangendo festũ omnium sanctoꝝm sed quia indirecte contenitur deus in suis sanctis quoꝝm est vnum velle et nolle non est leue peccatum frangere festum omnium sanctoꝝm sine rationabili causa potest fieri difficultas de cultu illius festi. ¶ Hic dubitatur cum dictum est ieiunium ecclesie est interdum virtus multi ieiunant qui non hñt actu velle vel nolle: que ẽ ibi virtus. Scõo dubitatur an bruta voluptatẽ capiũt in alio sensu q̃ gustus vel tactus ꝛ mouetur dubitatio ex aristotel' littera capꝰo superi⁹ allegato. in oppositum apparet ratio de sensu auditus aliq̃ aues cantu delectant vt apparet. scõm illud Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps. Ad primũ dicitur multi dicuntur ieiunare qui non hñt hãc volitionem actualem volo ieiunare hodie vel cras sufficit volitio confusa vt puta volo ieiunare quadragesimã nec videtur michi semp requiri distincta volitio et particularis cadens supꝛa diem determinatum: similiter qui semel cõedit in die q̃ venit ad tẽpus cene hꝫ hanc volitionem nolo cenare hodie qꝛ est ieiunium vel ieiuniũ non est frangendum nec facile potest transire quin habeat similes volitiones si non comedat si nõ fuerit assuefactus quolibꝫ die ieiunare more multoꝝm patrum qui ab habitu id faciunt nec requiritur alia determinata volitio bonum est tamen habere distinctas volitiones vel nolitiones tantum semel comedẽdi. Et difficulter homo transit non comedens nisi semel sine talibus actibus numq̃ tamen homo meretur sine actu bono ꝛ teriꝰ licet homo demereri potest pure omittendo sed pꝛo illo in diffinitione ieiunii ponitur volitio nolitio vel homo. Ad secundam dubitationem aristoteles tercii ethicoꝝ decimo significare videtur q̃ bruta non gaudent aliis sensibus a gustu et tactu nisi per accidens hoc est per relationem ad sensum gustus et tactus dicente aristotele atq̃ neq̃ cetera animalia voluptatem nisi per accñs q̃ hoꝛ capiũt sensus: neq̃ eni odoꝛe lepoꝝ sed esu gaudẽt canes odoꝛ ãt sensũ ferit: neq̃ voce bouis leo sed esu: per vocem autem scit illum esse propinquum atq̃ hoc ipso gaudere videtur: sed tunc ẽ ratio in oppoſituꝫ non video ibidem quomodo relatione perdix gaudet dum decipitur in equo ficto. propterea mihi videtur cum petro de ebano exponente penultimum pꝛobleuma. xxviij. particule pꝛopositio aristotelis est vera vt in pluribus dicit philomenam gaudere cantu humano et pauonem gaudere visione pennarum et tristari visu pedum. fertur etiam vnicornis odoꝛe virginis delectatur. potest tamẽ defendi vniuersaliter bruta non gaudere i aliis sensibus. de perdice potest dici et in aliis auibus per cantum et voces dulces causatur quidez pruritus in auribus taliꝝ et propterea delectantur sicut canes venatici quando audiunt sonuꝫ cornu. de pauone dicitur q̃ non gaudet visu pennarum eius sed quia habet pulchras pennas: q̃ patet si sic/tantum delectaretur in visu pennarum alteri⁹ pauonis sicut ipsemet quod liquet esse falsum. Dubitatur an stimulus castrimergie in nobis potest extingui. Martinus tenet q̃ nõ sed stimulus libidinis extingui potest ratio est cum magis abstinemus tanto magis egem⁹ cibo: oppoſito modo contingit de luxuria adducit aliquas auctoꝛitates ad hoc abiicio moduꝫ illum partim motus de hominum instabilitate parti auctoꝛitate abbatis abrahe in secunda parte vite patrum in libello de discretione cum senex vnus dicebat extinctisse fornicationem dixit abrahã pater sancti alligant passiones et non extingunt. Et sic respondendum est ad auctoꝛitates quas martinus affert in mediuꝫ iohãnis cassiani licet male notet passus cassiani q̃ non est mirandum. collatione quinta patrum ꝓmorantium in scithica heremo pꝛobat stimulum castrimergie non posse in nobis extingui per quendaꝫ senem dicentem q̃ pater eius reliquit eum debitoꝛẽ multis creditoꝛibus quolibet die satisfaciendo omnibus satisfecit nisi vni hoc est stimulo castrimergie pꝛobat hoc cassianus de aquila alte ascendente tandem descendente ad cibum hoc totum proseq̃tur ī collatione abbatis serapionis in collatione duodecima abbatis therenionis dicit. quisquis igitur extractus a confabulationibus occiosis et mortificatus ab omni ira ac sollicitudie curaq̃ mũdana duobus tantum paximatiis fuerit quotidiana refectione contentus et aque sacietate subtracta quietez sõni triũ vel q̃ttuoꝛ hoꝛaꝝ sperando in deo in sex mẽsibus reperiet hoc possibile: non isto constat q̃ cassianus vult dicere vteriq̃ stimul⁹ potest claudi sed difficilius castrimergie petẽdo q̃ res est stimul⁹ castrimergie inuenietur q̃ martinus rũdit superficialiter: q̃tum est de me plus fidei tribuo cassiano ī virtutum acq̃sitione q̃ aristoteli eum vbi ratio non est patens ī oppositum vel auctoꝛitas non negabo. sed de ieiuniis diei dñice dicit martinus illum esse pꝛohibitũ a ieiunio q̃ quomodocunq̃ illis diebus ieiunat peccat. ad hoc secum itroducit sanctum thomam q̃ secum id idem dicere videtur ī secunda secunde questione. cxlvij. articulo q̃nto tenet: oppoſitum beatus hieronymus ad lucinum: ꝛ beatus augustinus pꝛobans exemplo christi ieiunãtis q̃dragẽsima dies homines posse ieiunare in die dñico: nõ valet dicere sicut martin⁹ dicit q̃ hoc posteri⁹ erat reuocatum per aliqua iura cum vbicunq̃ est sermo in iure super isto casu addit nisi fuerit contemptus vel erroꝛ (vt maichei putabant) est necessariũ. illud patet de consecratione distin. iij. in variis capitibus vt in cap̃. placuit. cap̃. ieiuniũ et cap̃. ne quis. iij. di. Si quis. Confirmatur istud: qꝛ apparatus diligẽs collectoꝛ iuris tenet non esse peccatũ nisi adsit contemptus: ergo non est abeundũ a determinationibus sancti hieronimi ꝛ beati augustini nisi vbi constat de oppoſito per determinationem iuris vel rationem. Sed cõtra. dices contemptus quolibet die pꝛohibetur huic replice respondet apparatus ī. d.



cap̃. ieiuniũ. q̃ in his duobus dieb⁹ deus fecit quic quid insigne fecit. ꝛ illud patet: in die dñico mũdus cepit exoꝛdiũ dñs resurrexit vt dicit leo recitante gratiano. lxxv. distin. cap̃. q̃ de die dñico. etiam alii qui heretici putabant esse necessariũ illo die ieiunare vbi beatum thomam allegat si ita foret nõ infirmatur pꝛopositus qui illud quod dico est pꝛobabile ꝛ magis pꝛobabile q̃ oppositũ: sed in mõ sancti thome est aliquid qõ nisi exponatur non credo esse verum nec beat⁹ thomas est pꝛo martino. pꝛ. ecce solutionem argumenti vltimi articulo pꝛenotato in diebus dominicis in quibus si quis ieiunaret cõtra consuetudinẽ populi xp̃iani qui vt aug. dicit est pꝛo lege habenda/vel etiam ex aliquo erroꝛe sicut manichei ieiunant quasi necessarium tale ieiuniũ arbitrantes non esse a peccato ĩmunis q̃ ipsum ieiunium secundũ se consideratum omni tẽpoꝛe sit laudabile. fm illud hieronimi ad lucinũ. vtinã omni tẽpoꝛe ieiunare possemus: si beat⁹ thomas intelligat quẽlibet consuetudini contraueniẽtẽ peccare illud est falsum: si in festo carnispriuii sortes vesceretur piscibus qui non habet illud ex voto non male ageret vel q̃ nũq̃ comederet carnes ꝛ tũ consuetudo est in oppositum. Etiam beatus thomas loquitur ibi de non ieiunio inter pascha et penthecosten et de dominicis diebus simul. Et tamen martin⁹ in conclusione octaua questionis hui⁹ materia dicit virum posse ieiunare inter pascha ꝛ penthecostẽ sine peccato. vult beatus thomas dicere idem cum apparatu dicit simpliciter homo potest ieiunare. Et hoc vocat ieiunium secundũ se consideratum in dominicis diebus esse licitum de die resurrectionis q̃ occurrit semel in anno an potest quis illo die ieiunare esset aliud speciale non constat michi de oppoſito. martinus dicit esse reuelatum alicui sctõ patri illo die nõ ieiunare: nõ memini me legisse in vitis patrũ: sed in illo dicto est dubietas an erat ei soli vetitum vel omnib⁹ si fm transeat dies ille non est simile de aliis. Si adducas exẽplũ heronis quiquagintа annis in deserto ieiunantis q̃ noluit in die paschatis vesci leguminib⁹ ꝛ de quibus dã aliis exemplis in tertia parte in vitis patrũ capitib⁹. xliij. ꝛ. xliiij. hoc nichil est q̃ heron se pꝛecipitauit in puteũ erat pꝛopter dementiam quã incurrebat ex insensibilitate: dico q̃ qui nũq̃ vult comedere carnes vel semp ieiunare sine voto dũmõ non ponatur mala circunstantia vel contemptus potest illud perhenniter obseruare. Sed forte dices pꝛobabile est q̃ in die resurrectionis peccatum est ieiunare: sed q̃libet dies dominicus illi respondet. distingo q̃ ei respondeat vel in ordine dierũ ebdomade et sic conceditur illa non est appꝛopriata ꝛ sollẽnis respondentia: vel ad cursum solis ab occidente ad oꝛientez vbi erat ī die paschatis anni pꝛeteriti ꝛ sic negatur et illa respondentia est sollennis. hacten⁹ de ieiunio sequitur de alia satisfactionis parte scz elemosina.

¶ Distinctionis decime quinte questio quita.

Queritur quinto vtrum elemosina sit necessario dãda indigenti. Pꝛo solutione questionis notabis. Elemosina est volitio dandi putato pauperi aliquid intuitu pauptatis ad supplendam indigentiam eius nõ requiritur datio exteriꝰ quãdo homo nõ habet. patet de muliere euãgelica offerente duo minuta: vt qꝛ habet ꝛ impedit ab aliquo alioquin volitionẽ efficacẽ nõ habet. ix. methaphisice. licet volitio sit libera tñ mere naturaliter causat actum exteriozem nisi ponatur impedimentũ qñ est volitio nimis tenuis non sufficit ad tollendum impedimentum licet inclinet efficaciter ad dandũ ad extra datio exteriꝰ potest imperari a vitio ꝛ a virtute. dicitur ad supplẽdam indigẽtiã sicut cõtingit in actibus huius carminis cõis: visito/cibo/poto/redimo/tego/colligo/condo: que in hoc carmine includunt ¶ Consule/castiga/solare/remitte/fer/oꝛa. Non tamẽ estimandũ est omnes species elemosine in his carminib⁹ includi qui fessum in itinere subleuat. sil'r pꝛotegens innocentem ab iniuriosibus elemosinam facit. sed iste species sunt cõmunes quas numerat scriptura: sex continent Mathei. xxv. Thobie. quarto. Joseph ab arimathia ꝛ nichodemus laudantur qꝛ sepeliebant mortuos Visito infirmos ad eos consolandos qꝛ fm illud cõici Cũ in dubio est animus paulo momẽto huc atq̃ illuc ipellitur: reliqua sunt pspicua pꝛma spes elemosine spũalis puta consulere deuiãtes coicidit materialiter interdũ. sed potest dari alia ratio vni⁹ ꝛ alterius vt visitare pꝛo incolumitate corpoꝛis habenda ꝛ consulere in fide ꝛ in agendis sic de oratione q̃ pꝛebeꝛ pꝛo misero vt ei subueniatur a deo est species elemosine ꝛ sic non oĩs oratio distinguit ad elemosina ꝛ sicut anima pꝛestat corpoꝛi sic elemosine spũales elemosinis corpoꝛalibus pꝛestant. sicut gregoꝛius dicit in quadẽ omelia q̃ meli⁹ est animã semper victuram verbo vite reficere q̃ ventrẽ moriture carnis terreno pane satiare spũales elemosine imediatius tendũt in beatitudinem licet corporales sunt crebꝛo magis penales ꝛ magis satisfactoꝛie pꝛopterea imponuntur in penitẽtia cum satisfactio debet esse penalis virtute operis operati fm mensuram delicti debet esse plagaris modus satisfactio est recompẽsatio offense q̃ emendam recompensatio iportat quãdã adeq̃tionẽ inter illũ q̃ offendit et illũ qui offenditur adequatio autẽ in iusticia est per subtractionem ab illo qui plus iusto habuit et additionẽ alteri cui subtractũ est vt patet. v. ethichozum peccatoꝛ subtraxit honoꝛem deo debitum delectabile nichil subtrahit a peccante sed citius dat ꝛ qꝛ subtractio penalioꝛ ꝛ sensibilioꝛ fit ī elemosina coꝛpoꝛali q̃ spirituali pꝛopterea illa imergitur aliqua elemosina est opus liberalitatis ꝛ misericoꝛdie quando homo non tenetur elargiri elemosinã: aliqua est actus iusticie quando elemosina est in pꝛecepto. quo fit elemosina est virtus ꝛ sub se complectens multos habitus et actus specie distinctos ꝛ ex consequenti non quelibet elemosina aliam intendit. Tertio sequitur interdũ est elemosina ꝛ nichil

Universidad de Deusto
Biblioteca



est cōmune in dante ⁊ accipiente. patet in cōsulente imo cōferens pl⁹ habet in fine q̄z in principio sicut doctrina doctoris docendo augetur sicut fabricando fabri finꝰ sic docendo ꝓsulendo ⁊ bñ operando tales cuadimus. Quarto sequitur diuiti datur elemosina qñ putatur esse pauper putatus paup est obiectū elemosine paup in ꝓpositō non capitur adeq̄te ꝓ nichil habente in bonis fortune. patet de radulpho carbōerio suscipiente in hospiciū karolū magnum ⁊ iohāne reiff similiter suscipiente regem angloꝝ: ſz isti constituti in nemoribꝰ erant ꝛ bati hospitio ⁊ hoc sufficit ad paupertatē de qua loq̄mur ⁊ addatur i diffinitione elemosine q̄ nō cadit actio in foro exteriori ꝓ hoc excluduntur ꝓlati eccl̄ie qui solutione decimarū nō accipiūt elemosinā qz pari ratione rex in talibus ⁊ suis colectis. istis competit actio in foro exteriori licet pauperes de diuitibus in casu conqueri possunt modica vel nulla datur eis actio ciuilis contra diuites qz quero cōtra quē diuitem ⁊ quē probabis habere supflua ⁊ quō ꝓbabis te extreme vel ferme extreme indigere. Secundo notabis. aliquis est extreme pauper quicst tanta inopia pressꝰ q̄ nisi ei succurratur statim morietur sic etiam ille qui habet talia indicia q̄ nisi ei succurratur verisimiliter in hoc incidet si expectes extremam necessitatē eū iuenies in tali casu q̄ manducare non poterit. patet per fabulā ventris ⁊ manuum esopi. tripharitā quis se habet in ꝓposito. vnomō qz habet necessaria ꝓ se ⁊ familia eius sed cum aritudine ⁊ vocat necessitas nature vel persone aliquis habet sufficiētia ꝓ suo statu vt manuteneat se ⁊ suā familiā ſm suā decētiā sed nō vltra. tertius habet superflua. ¶ Istis notatis pono cōclusiōes.

Prima cōclusio. ¶ Prima est. ꝙlibet nō existens i extrema necessitate tenetur succurrere illi qui est in extrema necessitate de necessitate salutis ibi habet verū si nō pauisti occidisti. hec conclusio est euidens in iure nature et diuino Mathei. vij. hoc fac aliis qđ tibi vis fieri ⁊ prime Johis. iij. qui habet substantiā huius mūdi ⁊ viderit fratrē suum necesse habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo quō manet charitas i eo. ꝓpterea btūs martinꝰ relicto suo statu dimisit claidē illi quē extreme iudicauit indigere secūdū carmia vulgata Martinꝰ clamidem cum paupere dimidiauit vt faciamus idē nobis exēplificauit Mathei. xxv. Esurivi et nō dedistis michi manducare. hoc patet per canones. lxxxvj. distin. cap. non satis in illo casu filiusfamilias religiosus ⁊ vxor: dare possunt etiam ꝓhibente patre abbate et viro de peculio castrensi vel quasi castrensi non est difficultas cōtradicentibus parentibus in omni casu.

Secūda cōclusio. ¶ Secunda conclusio: dare de michi necessariis alteri qui non est in extrema necessitate nec est de precepto nec de consilio. de precepto patet nec de consilio probatur qz non est de maiori bono charitas incipit ab habente illud est michi necessariū q̄ familie ⁊ michi est reqsitum ⁊ hic intelligo ceteris paribus si alius esset notabiliter necessarius rei publice ego autē in comparatione illiꝰ parū comodi rei publice afferre possim alteri esset succurrendū imo in extrema necessitate sic petiit helias tesbites sibi fieri panē subcinericiū ⁊ postea fieret alius multeri ⁊ filio eius ⁊ causa est qz erat auriga ⁊ currus israel nō solū respicēdum est ad inediā qua laborauit sic etiā vxor ⁊ eius filius nō debes tātū elargiri vt filiis et vxori nichil relinquatur Tñ aug. Si quis vult filios exheredare ⁊ ecclesiam instituere aliū querat ꝓ cōsilio q̄z augustinū Tñ. C. de seruitu. et aqua. l. ꝓses. absurdū est tuis agris sitientibꝰ alios irrigare qui omia pauperibus irrogat et volat ad frugē melioris vite tenet ei necessaria antecedenter xp̄m ⁊ bonos q̄ pauit heliā in cozuo et paulū heremitā. Fm consilium xp̄i mathei. xix. Si vis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibꝰ et marci decimo vnum tibi deest vade et vende omnia que habes ⁊ da pauperibus et hoc si non teneoz alios alere diues habens liberos moztua vxore male ageret omnia dās pauperibus nichil relinquens liberis et sic intrans religionem illud Luce. Sexto. omni petenti tribue quādo sunt in magna necessitate: alias dicatur eis petitis ⁊ non accipietis vel tribue bonā responsionem interdum iuste petunt ⁊ iuste possum eis negare ozo deum eis suffragari vel deus eos preseruet. cauendū est a rixa ⁊ murmure in danda elemosina sicut in liberalitate oportet considerare cōditionem dantis accipientis doni loci publici vel occulti. quo ad primū det secūdū facultates bonis ⁊ egētibꝰ nō malis ad nutriēda eoz vitia. dom. q̄ sit res iuste possessa vel incerta cuius est ⁊ detur donū cōueniens nudo vestis: clerico liber vel pecunia vt nutriatur in studio vel promoueatur si est verosimile q̄ proficiet in vinea domini ⁊ non alias si aliquis arguatur auaricia vel putatur thesaurisare bona ecclesie detur elemosina ecclesie pauperibus in ꝓpatulo sic luceant bona opera vestra coram hoibus vt glorificent patrē vestrū qui i celis est cui crescit inanis gloria ob dationē publicā ⁊ non videtur a multis ⁊ quidem prudentibꝰ illa datio esse ad aliud nisi vt altius ꝓmoueatur vt fertur de illo q̄ successiue pulsauit ꝓ danda elemosina tandē q̄uit pulsans ꝓ vltimo illi meliꝰ est dare i occulto vt nesciat dextera qđ faciat sinistra ⁊ talis exibit in lucem melius q̄z oīno publice faceret debemꝰ semper talē dationem publicam i meliorē partem interpretari inanis gloria incidens in dationē elemosine nō viciat dationem illam secus est qñ cadit in ratione obiecti.

Tertiā cōclusio. ¶ Tertia conclusio sicut homo ceteris paribꝰ citius illi debet dare elemosinam in quo est spes maioris profectus in republica sic non faciēda est magna ādago in elargiēda elemosina. prior pars patet debet facere in gloriam dei. ergo vbi est apparētia maioris glorie illi citius subueniēdū est ceteris paribus si alius eēt in extrema iam illi dare est de precepto nutrire scholasticos orphāos de q̄bꝰ est spes q̄ euadent in claros viros dare religiosis mendicātibus ⁊ secularibus pecunias ꝑ gradu in theologia ⁊ eos nutrire sicut a plerisq̄z fit exista parte maris. secūda pars patet. xlij. distin. quelcamꝰ. et est iohannis crisostomi ad hebreos perpulchre probat per factum abrahe qui si magnam exploratiōem adhibuisset nūq̄z angelos in hospicio recepisset.

Quarta ꝓ° ¶ Quarta conclusio: habens superflua sue nature et statui licet benefaciat dando pauperibus nō extremis tñ eis non dans nō peccat moztaliter. prior pars est clara. secūda pars patet. alioquin dānabis diuites inūeros et dices eos peccare moztaliter vbi tibi nō cōstat ⁊ sic nō bene theologisas pēsa bñ qđ vocauerim extremā necessitatē. ſz si occurrat paup nō extremꝰ ſz magna arctitudine inopie pressus ⁊ habēs supflua putat reperire ita pauperē ⁊ intendit illi dare nō videtur peccare nō dādo isti ſz si iudicet non occurret magis indigēs nec in opus vtilius possum elemosinā elargiri talē nō excuso a peccato si non det.

Vltia ꝓ° ¶ Conclusio finalis. elemosina est magni meriti apud deū ⁊ clipeꝰ ad excutiēda pcta. ꝓz. luce. xj date elemosinam et omnia sunt vobis munda. Daniel. iiij. peccata tua elemosinis redime. elemosina resistit pctis Eccli. iij. elemosina viri quasi sacculus cū ipso. xvij. capite Eccli. o fones ⁊ elemosine cornelii cēturionis ascēderunt in conspectu dei actuū. x. aug. in sermone. xlvj. ad heremitas dicit fratres mei charissimi nūq̄z recozdor me legisse malā morte perisse illū qui libenter in hac vita opera pietatis vel charitatis voluit exercere Eccli. vij. non te pigeat visitare infirmū. Mathei. x. quicunq̄z potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tantum: amē dico vobis non perdet mercedem suam. et Esaie. lv. frange esurienti panē tuum ⁊ egenos vagosq̄z duc in domum tuam. lege historiā iohannis elemosinarii. Elemosina est danda de licite possessis in nostro dominio vel si administrationez dandi habemus vt de elemosinario et bñficiato. Si quis habeat iniuste possessum reddēdū est vero domino vxor habens parafernalia vl̄ est lucratiua potest dare elemosinam contradicēte viro vl̄ vbi rationabilē causam dandi habet contradicente viro. sic abigaab dedit dauidi ad prandendū cōtradicente nabal carmelo et dato q̄ mulier non sit lucratiua vbi est consensus mariti expressus vel presumptus de pane et potu et similibus potest: consensus presumptus colligitur ex consuetudine vicinarū mulierum et etiam viro non contradicēte: sic religiosꝰ in studio vel itinere cū consensu prelati dat paruas elemosinas habet superioris consensum. potes ex hiis intelligere quid facient famuli ⁊ filiifamilias. ⁊ si dicas luce. xvj. facite vobis amicos de māmona iniquitatis: ergo de iniuste acquisitis danda est elemosina. Multifariam respondetur hoc intelligitur quando restitutio est vaga. secūdo hoc intelligitur de hiis que iuste possidentur sed medio illicito acq̄rūtur vt vendendo in festo vel acq̄rendo meretricio. Tertio iniquū tantum valet sicut ineq̄le: bona fortune inequaliter diuiduntur bonis et malis etiā diuitie sunt cause iniquitatis ⁊ nocent crebro. Contra primam conclusionem argumentor. do pauperi quod suum est: ergo nichil do de meo: g̃ nō facio elemosinam. Rursus plus prodest michi dare pauperi non extremo plusq̄z huic qz ille tenebit ꝓ me orare ⁊ possum pacisci secum vt ꝓ me oret iste extreme pauper non tenebitur orare ꝓ me igitur.



Ad primū nego q̄ do pauperi extremo quod suum est soluz ẽ ei debitum si non do pecco: sed res dāda manet mea. secus est de pecunia mutata de qua potest habere actionem cōtra me et semper intelligat si michi constat vl̄ constare debet q̄ iste est extreme pauper diuiti de necessitate salutis est dāda elemosina in casu. patet. si ex ignozātia putatur esse extreme pauper eodēmō alicui extreme pauperi non est danda elemosina. patet. dūmō non constat esse talis a prudētibus ⁊ si moriatur iedia in illo casu ego nō pecco dixi a prudentibus aliquis dicit se extreme inopē cui si fidem impartirer vl̄ sufficienter explorarē inuenirē eum dicere verum dissentio cōtra rie sue paupertati sua moz michi imputabit ſz non tantū ac si scirē supposito q̄ succurrissem si michi constetisset. eodēmō in hospitalitate aliqui moriuntur frigoze de nocte nō potentes habere hospitiuz: abraham sedit in hostio tabernaculi sui in conualle mābre in feruoze diei vt reciperet hospites Gene. xviij. sic martha meruit suscipere hospitio nostrum redemptoz ob suam hospitalitatem: ⁊ loth angelos oportet episcopum esse hospitalē. prime ad thi. motheū. iij. sermo est de egentibus ⁊ non diuitibus si comode possunt ire aliorsum vbi possunt hospicium habere pecunia: ſz si ecclesiasticꝰ hospitiū capit gratis a diuite potest reddere equualēs vl̄ vbi diues non potest ire cōmode illa nocte ad aliū locū debet recipi. eodēmō de vestibus qui habet duas tunicas det vnam non habenti hoc est habens supfluas vestes superfluitatē vendat et det pauperibꝰ sicut est extrema egestas ob deffectum panis ita vini vestiū hospitii. Sed contra hoc argumentor. posito q̄ sint centum equaliter diuites mecū vel mille si ego teneoz ei dare sub pena peccati pari ratione ꝙlibet alioꝝ ⁊ tantū quilibet alioꝝ tenebatur dare ei sicut ego ergo tenemur facere illū ditiorē duobꝰ nostrum quod non est dicendū. Si dicas nemo nostrum teneꝝ dare ei aliquid in illo casu tunc morietur fame. respondeo si ponatur sortes in extrema necessitate inter mille viros habentes mille panes quoꝝ quilibet tenetur succurrere sue vite tunc tenentur inter se componere vt succurratur ipi sorti ita q̄ quilibet dabit ei partem vel vnus totū ꝓ aliis. q̄ si dices plato est contentus dare sorti mille simam partem panis sui si quilibet aliuꝝ tantūdez daret sortes sufficiēter haberet si alii nichil dāt plato peccat non dans totum suū panē et quilibet aliorum peccat moztaliter videꝝ sortē in periculo moztis nec aliquo modo volens ei succurrere. ⁊ quilibꝫ eoꝝ est homicida quilibet istoꝝ potest hūc erūpno sum eripere de morte ⁊ tenēr ⁊ nō facit: g̃ letaliter preuaricatur plato tenetur totū suum panē impartire huic aliis nichil dantibꝰ. Et sic de quolibet alio est par ratio ex quo colligere nequis eos oēs suos panes ei elargiri debere quilibet seiūctim suū panez integrum. Arrogare est addictus aliis nichil danti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Distin.decime quinte q̄stio decima sexta.

Circa hanc distinctionem quintam decimā sexto decimo Queritur an duellū sit licitū Notabile
pro elucidatione cōtionis apponiem⁹ quid
nominis termini postea vnam conclusionē fundare
conabimur eam paucis rationibus oppugnādo vt
veritas lucidior euadat duellum est singularis pu
gna inter aliquos duos ad probationem veritatis
alicuius oculti qō aliter per viaz humanā probari
non potest nisi per alterius victoriā sufficiat nobis
diffinire terminū scām q̄ communiter est in vsu li
cet interdū aliter contingere potest nec ita exacta
diffinitio est hic expectēda sicut in methaphisica di
citur duellū quasi duū vel duorū bellū alias mono
machia a monos qō est vnū z chia pugna quasi pu
gna vnica et singularis:et licet quatuor vel quinq̄
cāpum simul ingrediuntur cū vnus pugnat contra
vnū duellū vocatur in duello potissimum sunt tres
persone de quibus loquendū est. s. de inuadēte de
fendente z iudice. pono vnicā conclusionem ꝑ om
nibus et princeps facultatem certādi in duello pze
bens et pugnātes in duello peccant si conclusio de
beat pati aliquam exceptionem: argumētorū sequē
tium solutiones explicabunt. probatur pclusio. istī
temptant deū vt ostendatur veritas sicut populus
israelitic⁹ in deserto. exodi. xvij. volens videre an
deus esset in eis contra illud deuteronomii. vj. et
mathei. iiij. non temptabis deū tuum: sed dicis nec
duellantes nec assistentes dubitāt an deus est inter
illos: sed vt veritatem ostendat per talē pugnā hoc
non valet ille temptat deum qui vult habere aliq̄
occultū reseratū et nō adhibet omnē diligentiā hu
manā quā potest. xxij. q. ij. queritur z reliquū ad qō
venire non potest relinq̄t in man⁹ dei ita fecit abra
ham de sarai in geraris vocauit eam sororem am
phibologice. geneseos. xx. licet sciebat se preseruā
ri speciali ope dei fecit qō via humana facere pote
rat reliquum relinquens dispositioni dei: hoc fecit
saluator noster. mathei. iiij. cū diabolus precepit ei
vt mitteret se deorsum a pinaculo templi noluit: sz
per gradus more cōmuni descēdit dās nobis exem
plum sic faciendi. ꝓpterea anthonin⁹ i tertia parte
historie inter ceteras virtutes beati ludouici recitat
eum nūq̄ admisisse duellum interdū etiā confiscan
tur bona victi non sic fecit eneas darbete apud ma
ronem. v. eneidos. Ensem atq̄ insignē galeā sola
cia victo dicit. Rursus plerūq̄ cōpertū est q̄ hīs
iustam causam pugnādi est victus et iniquā habēs
victor euasit tres contra tres pugnarūt successiue
pro eadē materia et tamē ex vtraq̄ parte aliq̄ erāt
victi et possum exemplificare per pugnantes i duel



lo tempore meo z ante hec tempora per annales: sz
protrite sunt historie: q̄ vinci non arguit virū habe
re iustam causam z vincere iustam hoc ipsū liquet
apud lucanū. vij. pharsalie vbi tullius incusat pom
peum quare pron⁹ nō congressus est cum cesare cū
iustam causam certandi haberet inquiens De supis
ingrate times causam q̄ senatus Credere diis du
bitas z paulo post pompeus recte dicit. Dicis apō
superos votis me cesar iniquis. ꝓpterea lucanus
dicit viros probos pompeo adhesisse vt puta cato
nem vticēsem marcū tullū et reliquū senatū deos
tamē fauere cesari ac si honeste diceret causa pom
pei erat iusta dii tñ volebant q̄ perderet z. ij. eneī
dos Cadit et ripheus iustissimus vnus Qui fuit in
teucris z seruātissim⁹ equi diis aliter visum est idē
est facile ostendere per magnanimū robertum bru
se qui a principio sui regni innumeris calamitatibus
premebatur z a suis z ab exteris totiens vict⁹ tan
dē ita prudenter et animose cū hoste bella gessit vt
pauco⁹ in britānia ozos ei pares reperires hic pru
dentia militaris et corporis robur creberrime iter
pugnantes victoriam dat. patet per pittacū mitte
lenensē qui phrinonē athenien̄sem inuoluit rethe q̄
sub clipeo furtim tenebat z demū occidit prohibi
tio huius patet scda q̄stione quita monomachiam
et de purgāt vulgari cura suscepti. sili ratiōe hono
rius tertius scribens ad templarios i liuonia ꝓhi
buit iudiciū ferri cādentis. c. dilecti de purgāt vul.
z eadem ratione prohibendū est iudiciū sup albaz
cāpanā de veddel z cāpanā sancti kessogi et. C. de
gladiato. l. vnica. dicit imperator cruenta spectacu
la in ocio ciuili et domestica quiete non placēt. qua
propter oīno gladiatores esse prohibemus. Cōtra
probationem conclusionis argumentor Ezechias
petiit signum a deo de sua sanatione. iiij. regū. xx. z
Esaie. xxxviij. idem patet de roze in vellere gedeo
nis. iudicū. vj. et in plerisq̄ locis scripture et tamē
nō dicitur q̄ iste in hoc peccarūt. preterea si habens
iniustam causam est interdū victor deus nō bene re
git casus hominū rex terrenus non iudicaretur bo
nus iudex si partem innocentem cōdemnaret de⁹
est omniū sapientissim⁹ z sua sapientia omne possi
bile videns. Ad primū dico illi patres non fec̄rūt
illud diffidētes de deo vel de eo dubitantes sz qua
dē familiaritate id fecerunt instinctu dei. nōne vi
des archiepm glasguensem petere aliqua a rege q̄
si peteres esses merito torquendus. Ad scām nego
cōsequentiam. nunquid alie tribus habebant iustā
causam bellandi contra beniamin pro turpi scelere
cōmisso in gabaa. iudicū. xx. z tñ bis occubuere in
bello propter aliqua scelera in eis impunita rober
tus bruse pene attritus est in bello. ꝓpterea q2 occi
derat iohannem tumyn cozā sacramento apud dū
fresam sunt semper alique cause q̄s nouit de⁹ nos
latentes sinit iustos oppīmi a tirannis vt crescat eo
rum pacientia et vtilitas. patet in martiribus z in ve
teri z in nouo testamento. etiam vt homines caue
ant ab istis iudiciis temerariis facit illud dinosci
ab omnibus q̄ non semper iustus vincit. Nulla est
comparatio iudicis mortalis ad deum cū alter est
obliquabilis deus autē nulli obligatur implicat cū
male agere deus pmittit causas scdas habere suos
propzios motus quos eis dedit nec semper vtitur
miraculis sinit fortiozē prosternere debiliozem per
legem communē interdum quando opus est facit
oppositum sed hoc non conducit nec suā imensam
bonitatē hic decet cum alia via potest adhiberi re
medium. et si dicas alia via non clarescet veritas
dicitur non opus esse frequenter scām comicū ve
ritas odium parit sufficit q̄ aliqua scelera puniant
a deo que ab homine puniri nequeunt sicut homi
nes non possunt expetere equalitatem dei ita nec
cognoscere sibi cognita. Secundo argumentor da
uid pugnauit contra goliam in singulari certamīe
j. regum. xvij. et tamē in hoc non vituperatur imo
laudatur: q̄ hoc licet facta sctōz sunt trahēda in ex
emplū quare alias coram principibus recitātur vi
te illoz illustrium z coram deuotis vite patrum et
legende sanctoz. huic argumento bipharīam rñde
mus tū primo. hoc dauid habuit illuminatione spi
ritussancti spiritus vbi vult spirat. istud patet ex se
riei fe regnorum Tu venis ad me in gladio et ha
sta z clipeo Ego autem venio ad te in nomine dñi
exercituum sicut abzaham precipiente deo filiū oc
cidendo vel volendo pimere non peccauit. sec⁹ est
auctoritate hominis mortalis. Tū secūdo. dico q̄
sunt duo exercitus oppositi licitū est duobus bellū
ingredi vt tota lis belli dirimatur hoc fecit alexan.
philippi cū pozo rege idorū z maioz aiax cū hecto
re turn⁹ et eneas in fine enei. heraclius religiosus
princeps cuz filio cosdroe apud bistrū hoc obtulit
eduardus de vidosoza philippo valesio teste gagui
no in historiis gallozū id idē robertus stevvardus
henrico quarto vt perhibent. hoc fecit robert⁹ bru
se in acie belli acerrimi apud torretē hānoz cōmis
si inter robertū et eduardum scām dū quidā miles
ex meridionali britannia aiosissim⁹ ad magnā iter
capedinez precedens suuz exercitū impingerrime
sonipedem loricatū dirigēs hastā tremulā in rober
tum vibrauit quē cognouit dirigētē acies septētrio
nalium britannoz a quo spectante vtroq̄ exercitu
a rege singulari pugna in officium militis recept⁹
est istam pugnam dūmō bellum sit iustum ex parte
duellantis vel vtrinq̄ anceps z lis non potest ali
ter terminari non est penitus reprobandum imite
mur viros illustres in laudabilibus vbi similes ca
sus contingunt. Tertio argumentor sortes prouo
cans platonem ad duellū scit platonem esse morte
dignum ob aliquod crimen occultū in rem publicā
z nescit probare alia via putat euadere victor: ergo
offerens bellū in illo casu non peccat non valet di
cere intendit deum tēptare hoc non intēdit scit aliū
reum mortis habet fiduciam in armis q̄ aliū vin
cet: ergo in illo casu licebit mouere duellum. Re
spondetur concedendo antecedens: sed nego con
sequētiam. illa probatio est inutilis. tū primo dabi
tur palleatio temerariis hac via si id admittatur q̄
perturbent ex inuidentia innocentes dicēt euestigio

Universidad de Deusto
Biblioteca



se habere causas q̄re is est morte dignus ꝛ hoc pro
babunt in duello. C Ū scdo. inuasor sicut argumētū
imaginatur est innocens quare exponit ergo suam
vitā in discrimine non sufficit dicere habet spem in
armis exploratum est iam millies q̄ alea belli est
anceps. hector putabat achillem deducere ad infe
ros cui⁹ femur vulnerauit in duello quē tū occidit
achilles vt apud daretē notū est qui militauit tēpo
re troiani belli. plerūq; qui putabāt in exordio bel
li euadere gloriosus victor turpiter succubuit vn⁹
lapill⁹ vel concauitas in solo sufficit virū armatuꝫ
intentū circa mortem alterius posternere. patet in
dieb⁹ nostris de roberto tochrano et guillermo tor
sub inclito. iacobo. iij. et multis aliis relinquitur: q̄
iste modus probandi illegitimus ꝛ pſequens et iu
dex dans facultatem in isto casu peccant ꝛ alii hoc
iudici vel parti consulentes. C Quarto argumētor
sunt duo morte digni ꝛ hoc constat iudici p famam
publicam ticius et seius sese prosequūtur coꝝ rege
in duello prodesset rei publice q̄ tales tollerentur
de medio princeps vtriq; dat facultatem vt sit mi
nister legis ad occidendum alterū videtur q̄ iudex
hic non peccat nec alteruter cū vtriq; datur facul
tas a iudice ꝛ vterq; scit alterū reū et morte dignum
quēadmodū si essent duo condempnati ad mortez
licitum est iudici eos dampnare vt se occidant. re
spondeo est aliquid coloris in isto casu: sed nec ipm
admittim⁹ non sunt dampnādi hac via occisus cir
ca mortem debet se recolligere detestando vitam
male actam cogitando de deo. similiter minister le
gis zelo iusticie sine passione debet dāpnatū occi
dere in isto casu hoc est alienū concitata ira et pas
sione nec est fletus peccatorū nec pacientia cōmu
nter. sententia videtur iniqua q̄ duo sint carnifices
inter se ꝛ horrendum a christiano viro. Sed contra
istud arguitur. sequitur ex solutione argumēti q̄ nō
liceret bellare in bello iusto vsq; ad mortem nec in
martirio licet perpeti mortem p xp̄o ꝛ sua lege ser
uanda istud est falsum ꝛ hereticum: q̄ male dictū est
nec valet dicere hoc contingit in bello iusto non au
tem hic hoc in q̄ non iuuat hoc duellū est iustū. iste
est iuste occidendus ꝛ auctoritate iudicis ꝛ ponant
iuridice damnati titius licite potest occidere seium
patet de ministro legis qui occidit reū ꝛ econuerso
seius potest occidere titium: q̄ isti possunt seinuicē
iuste occidere sicut dicit glo. interlinear ſ. geñ. iiij.
euidentis perpetrati sceleris non indiget clamore
accusatoris: ergo princeps eos dampnat eis insciis
Ad illud de martirio dico nō esse ꝓtrapugnationē
ꝛ sic argumentū non est ad propositum: etiam mar
tires equanimitatē seruabant in aduersis arduis: q̄
pacientiā habuerūt in gradu heroico/iudex inique
iudicaret reum mortis q̄ se iugulet vel vt proprīū
cor extrahat omnia ista etiam seruantur in bello iu
sto ꝛ cum hoc res non potest aliter terminari stan
tibus circumstantiis vna pars habet iustam causam
deffendēdi patriā ꝛ gloriam reipublice xp̄iane vbi
res potest aliter terminari male actum esset q̄ expo
nerent se homines bello modo his duobus potest
adhiberi remedium cum sint sub eodem principe
alia via eos puniendo ꝛ proscribendo ꝛ non modo
ad hoc teneꝫ rex sed primores regni. pessime agunt
istos fures et siccarios inemendabiles occultātes
a iusticia in luem nō modicā toti⁹ rei publice alias
coram stricto iudice scz deo rationem reddituri sūt
C Quinto argumentor rex permittit ista duella fieri
ꝛ ei displicet non consulit eis duellare: ergo in hoc
non peccat alioquin peccaret ecclesiastic⁹ iudex su
mens impudicas mulieres in vrbe modo rex offert
mouentibus bellum ꝛ recipientibus iusticiam ꝛ sic
scim⁹ fuisse practicatū diebus his. amplius rex in
terdum vel iudex substitut⁹ ꝓicit virgam pacis q̄
neuter vincatur in illo casu seruatur vtriusq; fama
ꝛ nulli fit iniuria. Respondetur per distinctionē de
permittere in materia de libello repudii in antiqua
lege scz vt sufficit in proposito. nego loquendo de p
missione de qua argumentum pretendit tunc aliq̄d
permittit q̄ nō potest adhiberi remediū ꝛ homo
non tenetur. exemplum de impudicis mulieribus
que si tollerentur ab vrbe caste matrone ꝛ earū filie
essent in maiore discrimine aliqua minus mala tol
lerantur ne peiora eueniant. tolle dicit beatus aug.
meretrices ab vrbe ꝛ omnia perturbabis libidinī
bus ꝓpter iuuentutem ꝛ pclinitatē ad huiuscemo
di vicia sufficit q̄ tales relinquantur punitioni dei
ꝛ abiecte reputentur ꝛ suam familiā infament etiā
sunt reticiēde a locis publicis ne malo exemplo no
ceant castis. secus est de istis duellis res publica si
ne eis pōt bene regi citius sunt duella materia scis
matis ꝛ iurgii q̄ concordie victores hic honorant
modo honos impellit homines ad multa inconue
nientia ad duellum animantur ꝛ de modo dimican
di eis consulitur. Ad scm̄ dico q̄ virga pacis est
penitentia troianorum vel sinapium post prandiū
a paucis diebus q̄ misere vnus occidebatur noue
rint astantes sed rex non interfuit. Insuper fortasse
tertio ictu vel quarto alter occiditur mutilat vel
cadit ꝛ manet tota vita apud populū inglorius qui
fortasse victori in animositate ꝛ viribus prestat si ni
chil futurum sit quare fiunt tot impense in loco cer
tandi ꝛ armis et totum regnū illusū gratis accedit
ad certamen. C Sexto argumētor probando q̄ in
terdum recipiens bellum non peccat. patet. posito
q̄ videat q̄ inique condēpnabitur si bellū recusaue
rit cū licet vim vi repellere cū moderamine incul
pate tutele: ergo pro seruanda vita licebit pugnare.
Forte dicis ꝛ sic dicendū puto licebit huic duellum
intrare in illo casu vbi tenebitur p conuicto si bel
lum recuset vel est ei certum certitudine morali q̄
condēpnabitur inique si non prodeat in bellū idem
etiam videtur pro omissione rerū suarū aliquis iu
ste alium occidit p conseruatione bonorum fortu
ne iuste ab eo possessorum. Sed contra istud argu
mentor. sequitur q̄ aliquis potest pugnare in duel
lo ne famam amittat ꝛ sic faciunt omnes suscipien
tes duellum erubescunt recusare pugnare cū inua
dente ne reputentur timidi in iacturam rerum ꝛ fa
me. Ad sextū conceditur q̄ in illo casu suscipiens



bellum non peccat vt interarguendū respondim⁹.
Ad vltimam replicam de amissiōe fame nego q̄ il
la via periclitatur fama sufficit q̄ dicat volo iustifi
cari per iusticiam regis et regni existimo me inno
centem in casu quē false michi impingis et si q̄d mi
chi habes dicere al's nullo presente vel equali nūe
ro clientū intelliges quid responsurus suꝫ scio per
ampullosa verba ꝛ alioꝝ prouocationē in campum
non acquiritur fama glorie paruꝫ nactus est hector
in prouocatiōe aiacis (si homero creditur) puta nō
eam quam putabat sed gloriosum est non posse vin
ci a viro forti et ita in ceteris quos superius citauī
mus in medium et possum innumeros alios ciere
nostratium qui alios prouocarūt qui victi turpiter
succubuerunt ꝛ horum aliqui misere vitam in mor
tem cōmutarunt in campo. O stultum genus hoim
post fecundos calices passionem repentinam ire in
uidie vel amoris muliebris mouens pari vel maio
ri bellum in grande discrimen amittēde fame tur
pis postea reputabitur penitentia belli oblati apud
vulgus nescis cum pare pugnare dubium eē si vin
cas minus reputatuꝫ non cedet tibi ad gl'iaꝫ si ma
gis real'r non erat te maior scz talis reputatus ꝛ deli
re agis. si vincas dicetur lapsus ē pes ex inuertētia
vel per sortilegium sicut inter toꝝ ꝛ suū socium sivi
cas parum vel nichil glorie comparas nō tibi ascri
betur ꝛ sp tue anime insidiabitur ī posteꝝ. si vinca
ris ignominosum ē fabula eris omnibus mortalib⁹
subsānaberis a vicinis timidus ꝛ sic spretus repu
taberis ab vxore ꝛ liberis cū maculam in eoꝝ glo
riā videris ponere fac indagine imaginariā ꝛ sp in
uenies tot reputatos fortes victoriā amisisse sicut
importasse. sis memor illi⁹ deuerbii optimū est alie
na frui insania q̄ vulgariter nr̄ates dicere solēt: fe
lix quē faciunt aliēa picula cautū. Septio argumē
tor: lz haste ludere vt cōiter fit coram ꝓncipibus i ma
trimoniis vl' ꝓmis ingressibus vrbiū ꝛ ꝑ est certare
in duello igit': assumptū p3: alioquin dānabim⁹ mul
ta facta a deuotis ꝓncipib⁹. Ad primū concedit' as
sumptū cū capitibus obtusis vel aliavia cauēdo ne
boies occidātur paci ꝑ occidunt nec ē periclitatio fa
me cōiter q̄ socius me⁹ frangat lāceā ꝛ nō ego vel
equus meus cadat michi non iputabit'. si dicas toꝝ
ne amēta prohibētur a pōtifice in vtroq; capite eius
dē rubrice. Ad hoc rñdetur m'tip'r. tū primo ibi ꝓ
hibetur ad ostētationē virtū ꝛ potissimū in mō cur
rendi vbi cōiter seq̄tur mors. hoc ꝺt. c. felicis. talis
ludus tanq̄ noxius ꝓhibet'. ff. ad. l. acq̄. nā ludus.
sed currēdo sicut apud multos currit p̄cauet a mor
te ꝛ si sequatur mors q̄ est contingēs rarissimū vix
vnus in vita hominis occidēs non tenebit'. l. acqui.
ff. ad. l. acq̄. qua actione. §. si quis. pugnatio ꝺz ordi
nari in excercitationē virtum vt tēpore belli iusti de
fendatur res publica licet interdum incidat cupidi
tas inanis gloriole nunquid populo israelitico pre
cipiebatur hoc vt addisceret certare cum hostibus.
iudicum tertio. ꝛ scipio nasica ꝛ aliqui prudentes
romani nolebant propterea cartaginē rome emula
ni ceueri vt romani in armis exercitarētur sicut mā
serunt aliqui philistinorum in terra chanaam ad ex
cercitationē populi dei. iudicū. iij. Tum scdo: non
sunt sp verba legis seruanda ꝛ potissimū legis pu
re humane sed intētio verisimilis legislatoris si tur
pe est non tueri regnum iuste possessum sic eadem
turpidine indecoꝝ est non prouidere de mediis cō
gruentibus vt haste ludere vt hoies animosiores ꝛ
exercitatiores tempore belli reddātur. O cauo ar
gumentor: lex federici ꝓmittit duelluꝫ licitū q̄i q̄s
dicit se hominē occidisse in deffensione sua ꝛ nō sūt
ad hoc testes. p3. C. de pace tenēda ꝛ eius violato
ribus. l. federicus. libro. xj. §. Si quis hominē inq̄t
imperator ifra pacem constituram occiderit capi
talem subeat sentētiam nisi per duellum hoc proba
re possit q̄ vitam suam defendēdo illum occidit nō
peccamus legis auctoritate. Respondetur hec lex
non est lex dico negatiuā nulla est lex hūana nisi cō
formis legi diuine quando illi dinoscitur repugna
re explodenda est non meretur dici lex sed error cō
tra canones ꝛ ius nature sic probare innocentiā cō
cedo q̄ non peccatur legis auctoritate sed cum ali
qō est inimicū canonib⁹ vel iuri diuino non est lex
non omne scriptum in iure cesario est lex. si dicas
ergo non erit solidum argumētum ex legibus si ali
quid erroneum inueniat in illis. Respondetur con
sequentia est nulla licet aristoteles sacrilege inter
dum loquutus est vt de perpetuitate mundi nō so
lemus eum in casibus ambiguis vel rationabilib⁹
negare in legibus sic tu potes argumentari. Jus
cesarum hoc precepit admittit licitum vel prohi
bet et non est contra legem diuinam/legum deā/cō
tra canones/vel cōsuetudinem approbatam: ergo
sic est iudicandum. patet de multitudine testium in
testamentis/de concubinatu/ vel de nostro duello:
sicut non sequitur/aristoteles ita opinatus est: ergo
ita est. sed sic arguendū est hic est modus aristote
lis fidei et doctrine sanctoꝝ in ratione vel auctori
tate fundatis non contrarius et nullus est philoso
phus tante auctoritatis in oppositum: ergo ita est
vel saltē est suspitio vehemēs q̄ oppositum sit fal
sum. vnde in ratione vel auctoritate fundatis non
cuilibet sanctorum est maior fides adhibēda in im
pertinentibus fidei q̄ aristoteli: plus credendum ē
philosopho dicenti alimentum conuerti in alitum
q̄ magistro sententiaꝝ/ꝛ ita in aliis materiis de vi
ris multo maioribus magistro. hoc liquet sanctira
tinon repugnat de lege errorī intellectu in philoso
phia sicut nec semper bonus iudicium in intellectu
cōmunicatur deuotio ꝛ sanctitas. Dixi ꝛ nullus est
philosoph⁹ tante. ꝛc. quare medici dicunt quando
aristote. ꝛ galie. in materia medicinali cōtradicunt
difficile est repire veritatē sufficit vtrāq; partē tūc
tueri probabilē. quo fit applicādo ad ꝓpositū an
teq̄ q̄s capiat solidū argumentū ex legib⁹ ꝺz ꝓside
rare ius diuinū ꝛ canones non sp addim⁹ rm̄ in aste
fundādo argumēta i aristotele ꝛ legib⁹ sicut adieci
m⁹: petis quō prudētissimi reges ist' admittūt nūc
pauci reges i hac tēpestate sinūt duella nō occurrit
m̄ i mētē vn⁹ tū exploratione feceri vbi ex̄ scotiā ex

Universidad de Deusto
Biblioteca



ercetur duellum cruentum licet quondam in hyspaniam(et quiō male)duella erant invsu.Scō dico reges cordati decorum cēsent in audaciam labi vt elongentur a fedioze vitio scilicet vecordia.
Tertio non oēs reges sunt eruditi vt dextrū a sinistro seiungant.vtuntur insuper cōcilio iuuenū nobilium q̄ ad hoc suggerunt et non sapientū et si polleant in claris naturalibus et eruditiōe vt nunc pre oculis intuemur excusatos seiri per leges ciuiles et consuetudines maioꝝ existimant habitu aiositatis ad hoc fomentū ministrante que de re militari tractam⁹ iudicio nostri regis inuictissimi iacobi q̄rti cōmittimus gratia cui⁹ licet extremis digitis qz ad alia tendimus hec mouemus. in his tricis nos facile posse falli putamus tum propter rei militaris inexperientiā tum ob nostri ingenioli pusitatem sufficit transeunter hec dixisse vt per aliozum exploratiōnem ad portum veritatis perueniatur.

¶ Distinctionis decime quite q̄stio decima septia.

Notandū

Queritur tertio circa materiam homicidii et est huius decie quite distinc.q̄stio septia decima in ordine/an hō dānatus ad mortē licite pōt aufugere. ℙro solutiōe notabis si aliquis est iniuste dānatus:notum est q̄ sic fm illudmaro. scō eneydos. Eripui fateoz leto me et vincula rupi. Si iuste maioz est difficultas et michi apparet illa pars probabilis q̄ potest aufugere dūmō non inferat alicui iniuriā cui astipulari videtur .xxij.q.iiij in fine vbi dicit:licet reo corrūpere aliquem pro vita conseruanda.idem patet.ff.de bo.eozum q̄ moz. sibi consti.le.j.vbi dicit lex ignoscendum censuēt ei qui sanguinem suum qualitercunq̄ redemptum voluit et hoc vbi putatur esse mozs vel militatio.
Sed contra hoc arguitur : talis non habet dūiium sui corporis sed lex:ergo aufugiēdo illud tollit qō est legis. Insup sequitur si hoc esset verū q̄ pōt infringere carceres vt euadat cū in extrema necessitate oīa sunt sei cōia vt dictū est ad succurrendū sue vite si non pōt aliter euadere nisi frāgat hostiū. ergo ē ei licitū qō si concedas:g̃ pōt bellare cōtra custodē carceris eū occidendo ꝓ liberatiōe sue vite cū al'r nō pōt sue vite succurrere qō si concedas cōtra bellum est iniustum ex pte eius et iustū ex parte custodis. Ad ꝑmum cōcedo q̄ non plenū dūiū sui corporis hz actu saltē tūc non hz vsū sui corpis:sz ille ē tenens sz postq̄ aufugit plenū dūiū hz et est analogia de seruo.insti.de re.diui.§.itē mea q̄ ex hostib⁹ capimus iure gentiū statī nostra sunt adeo quiō vt si liberi hoies in seruitutē nostrā deducātur q̄ tū si euaserint a nostra ptāte et ad suos reuersi fuerit pristinū statū recipiunt.illud pz.ff.de cap.l.nichil iure postliminii hoc recipiūt.insti.quib⁹ mo.ius.pa.po. soluitur.§.si ab hostibus:z nego q̄ tollit illud quod est legis nec legi facit iniuriā intendit emēdare melius delictū perpetratū intrando religiōē vel sancte viuendo:istud debet habere alias si intēdit euadere vt sit grassator et ꝑnā viuat peccat volēdo abire propter illum finē.sed rogas si illo malo fine euaserit an redire teneatur peniteat de mala voluntate mutando propositum in bonum . pōt dari analogia de fera bestia quam habes si aīmū redeūdi deserat non est āplius tua ita q̄ replice occurrentes equalē pūgunt contra iura. Ad scām argumentum nego q̄ pōt infrigere carceres vel occidere custodez lz cuncta q̄ hō hz dabit pro aīa sua.iob scō iuxta illud poete. vt vitā redimas ferrū patieris et ignes.pōt dici non tī hz alteri nocere bellū eēt iniustum ex pte eius:eodēmō esset violare rē publicam frangere carceres.sec⁹ ē ꝺ cibis appositis quos in extrema necessitate pōt cape tanq̄s suos : nec videt q̄ hō pōt dānari q̄ nunq̄ comedat q̄ tenet illud seruare:si ponat panis prope condēnatum q̄ nunq̄ comedat non vī q̄ perperam agat cōedendo non tenetur parere iudici in oibus lz sit dānatus: si prohiberet ei ozare deū non tenet illi parere / et cū ita est q̄ pōt panem cape presentatum post suam dānationem videtur q̄ pōt effringere carceres dummō intendit eos reparare potissimū lz sit argumentū pro eo q̄ ad hoc nō teneat sicut capiendo panē in extrema necessitate non tenet illū restituere cuz venerit ad pinguiozē fortunā.et ꝓiter potest dicere custodi carceris sine magno erroze desine prosecq̄ me bellū est iustum ex pte mea tueri meū corpus cū manus carceris euasi et decet nec sequit bellum est iustum ex parte fugientis:q̄ iniustū ex parte deffendentis. nolo dicere eos iniuste agere qui ꝓsequunt malefactozem vt illū cōprehensum readducant cū intēdāt punire malefactozes z eradicare zizaniam perturbatē rēpublicam nolumus eum excusare penitus si occidat inuasozes pro deffensione sui corporis sicut captus ab hostibus cum recedit z in quiete i termino ad quem acquirit libertatem ac si esset manumissus seruus sed dummodo quis eū prosequitur redeundum est. sic in proposito sed excusatur a tanto ipse intendit seruare suum corpus z proponit delictum emendare melius z hoc patebit reipublice z ita iudicat. ¶ Dubitatur circa hanc questionē quare est q̄ alique patrie summa beniuolentia sese persequuntur et alique maliuolentia . respondetur cōmuniter:regna vicina non se diligunt et causa cum certāt dilatare sua imperia qō nō potest esse sine iactura alterius certant de honoze pari sunt vicini honos vnius in dedecus alterius redundare videtur a vulgo cum oppositā iuxta se posita clarius elucescunt/iurgia subditozum vicinozum ignem belligerandi ꝑbent fac inductionē per totā europā inter regna vicina z cōmunem maliuolentiam inter illa inueniens.interdum a prudentibus regibus ob matrimonium vel inimicitiam in tertium vt aristoles loquitur de sollertia fit par hic verum habet verbum satyrici/inuidet figulus figulo/et nemo sit prophetа in patria sua/quando certant vel certare videntur de eodem honoze et non modo in variis regnis hoc prouenit nec duo domini vicini in eodem regno equales bene conueniunt.Quo fit bellum communiter fieri inter hec duo regna non arguit hunc



populum esse fallacem et malum plus q̄ alium scimus si cēs hoies essent boni inter illos nō contigerent bella sed nō ar specialis malicia:nō sequit galli cū hungaris ꝓueniunt cōiter galli non sic vnionē hñt cū germanis:q̄ germani sunt peiozes vngaris. Scō pz solon prudentū regum est scire nutrire pacem in regnis vicinis.pz cum magne sint incliationes ad bellum difficile est illis obuiare : ℔ imprudētibus et temerariis non est datū et si nullū interstitium mediet vt mare/mōtes/vel obstacula tāto difficilius est. Tertio pz: reges debēt ad hoc sūmopere inniti:pz regum interest procurare illō qō conducit ad bonum aīe z corpis in subditis et in eis:sed hoc q̄ pacē est tpe belli deuotionis oīa sūt i motu iactura bonoꝝ fortune sine mensura z plus reges in hoc ledunt q̄s reliqui malefactozes fugiētes iustitiā de patria in patriā vagant reges sua exponunt nūc leti si sui victozes extiterint cras ob suos victos tabescūt ita q̄ extrema gaudii luctus occupat.Quarto pz q̄ inter regna vicina est potissima cā dispensā di pro matrimonio ita q̄ hic pontifex pōt dispensare in oibus gradibus non ꝓhibitis de iure nature hic est auctozitas dispensantis et rōnabilis causa . potes hic facere dubitationē sortes hz vnū pedem in cōpedib⁹ quos frāgere nequit ponitur solitarie et ꝑpe eū cultellus est in illo casu si tibiā manū vel aliud mēbrum abscindat pōt abire et succurrere sue vite si maneat mozies fame in cōpedib⁹ quid debz sortes facere.dicis abscindere mēbrū sicut cirurgicus abscindit mēbrum reliq̄ inficiens vt totū compositum viuat de duob⁹ malis pene minus eligendum est.

¶ Distinctionis decime quite q̄stio decia octaua.

Superius locuti sumus de partibus restitutionis communiter enumeratis scilicet ieiunio et elemosina alias de oratione loquentes et cum rectum est inder obliqui primo de anima non poteram⁹ cōmode tractare de reliquis speciebus restitutōis nisi de dominiis rer. ꝑmeuis nōnichil tangerem⁹ et earum annexis postea incipientes de restitutionibus trium bonoꝝ de quibus loquitur aristoteles primo ethi. si bonis aīe cōporis et fortune eo ordine quo se hñt in dignitate locmur ista bona fortune parū apud sapientes reputātur scām dictum binatis sapientis allegati in paradoxis a mar.tul.oīa mea mecū porto insinuās alia parū ad se attinere sz qz hūanū genus auide inhiat ꝙ phas z nephas ℔ bona exaggerare aliq̄d dicem⁹ inchoantes a vulpino fure triū litterarū viro q̄rentes duo de vigesimo:an hō tenetur restituere acq̄sita per furtum. ℙro solutiōe questionis aduerte q̄ per furtum interdum intelligimus rapinā et omne illicite detentum:z sic capitur in prohibitione decalogi.xviij.q.v.penale.sic scimoniac⁹ nō ingrediēs per ostium est fur.xviij.q.iiij.tres personas.sic vsuraria pecunia est furtum si proꝑe capiatur est volitio capiēdi qō putatur alienū clanculū inuito dño aio lucrandi.hec diffinitio quadrat cū insti.de obli, Notādū.

que ex delic.nas.§.furtum.addunt aliqui mobile z corporale per ℔ simoniam vsurā seiugant:sed facile est hec impugnare per methaphi .petendo quomodo est vsura spiritualis vel circa spirituale etiā petatur quare quis non pōt cōmittere furtum i terra.volitio ponitur loco generis q̄s non sit verus genus cum furtum cōnotationē peregrinā habz respectu termini volitio.sed vt melius rem ipsam capiam⁹ placuit ita dicere. dicitur qō putatur eē alienum et non alienum si rem meā capio quā credo esse alienam furtum cōmitto:et hic capitur alienū sive ad vsum siue ad proprietatē si quis rē meam ex pignore vel ypotheca hz z ego clanculum suscipio furtum cōmitto:capio qō scio eē alienū scio alium in hoc ius aliqō habere. Dicitur inuito dño : quia si dñs consentiret vel est verisimile q̄ consentiret siue consentiat siue nō nullomō est furtum : et intelligo per dñm rei illū qui in re auctozitatem habz/siue sit dñs inferioz vt causa scōa cui dñs superioz consentit siue dñs superioz oim potestatem in re accipit vt de spoliatione egypti.exodi.xj. hoc idem pz.xiiij. quest.v.dixit dñs. Dicitur aio lucrādi:qz si quis caperet rem vt alium reddat cautiozē/vel gratia ioci non cōmittit furtum. ¶ Ex hac diffinitione patent alique propositiones. ℙrima est:aliquis peccat peccato furti et nichil furatur.pz de illo qui vult capere alienum sed non pōt habere.et ex hac propositione sequitur q̄ non oīs fur tenetur ad restitutionem furti.pz de fure dato ille de quo est mētio nō solum peccat peccato furti sed est fur. Tertio sequitur q̄ furtum a rapina differt penes clanculum et manifestum scōo⁹ capiendo. Quarto sequitur coram deo ego capiens meum ab illo a quo alia via habere nō possum iuridice non cōmitto furtum.pz capio meū et ille nullum ius in illo hz nec videtur esse in ℔ peccatum.secus est si possum probare rem esse meā et eam iuridice habere tunc male ago rē meā clanculum capiēdo si scio rē esse meā z probare nescio non debeo rape qz hoc cederet in detrimentū rei publice si clanculū habere possum nōvī eē pctm tunc nō lederem alle a quo capio nec respublica. Quinto sequitur exiis in extrema necessitate capiens necessia pro suo nutrimēto non peccat pctō furti.℔ pz capit suū cuz in illo casu oīa sūt ei cōia.de conse.d.v.discipulos. non al's dō excusatur cōedendo panes ꝓpositiōis j.reg.xxj.et apli cōedentes spicas in sabbato. luce xij. Sexto sequitur:qui alienū capit vt faciat elemosinā cōmittit furtū cū capit alienū act⁹ cadit super obiectum malum licet circunstantia finis sit bona: sed ℔ non sufficit.et illud patet decia quarta q̄stione quinta sorte.trigesima secūda questione quarta. sic non sunt. Septimo sequitur quantūcunq̄ quis parum accipit qō putatur esse alienum contradicente dño rationabiliter est furtum.patet per totaz diffinitionē.z illō pz.xiiij.q.vj.c. finali.et de pe.d.j.§. vulga. Octauo sequit: non oē furtum est mortale peccatū.pz de furto alicui⁹ q̄ nō est notabilis dānī furtum mortale est volitio auferre notabile bonū. Nono sequitur:furtum est auaricia/furtū est vsura

Universidad de Deusto
Biblioteca



Decimo sequitur: aliquod furtuz est eiusdē speciei spālissime cū rapina. ꝑz habeam ego hanc volitionem volo capere hoc demonstrādo illud qō credo eē alienū nullo sciente: postea superuenit dñs rei et resistat/ego surripiēdo rem possum cōtinuare volitionem meam ꝑtam que ꝓius erat latens nunc vero aperta: ergo idē act⁹ volūtatis numero q̄ ꝓi⁹ erat furtuz postea efficitur rapina imo stat tūc q̄ primo sit furtum mortale et postea idē actus numero erit meritum sed hoc non erit simul: ꝑz habeaz ego hāc volitionem volo capere hunc librū ꝓpter deū demonstrando librum tuum iā est furtum per sextum corelarium continuo illuz actum et in medio tempore tu das michi illum librum: iam iste actus est meritū et possū esse in gratia saltē est actus bonus moraliter qui habet caput refertum doctrina communi noialium quam speculationez putat censebit me falli et esse ad obiectum sed queso pensitet paulo ꝓfundi⁹ ante q̄ nos dānet. Undecimo sequitur: stat equaliter furari ab eadē equali intentione graduali actus et inequaliter peccare. ꝑz si sortes haberet precise centum scuta ei necessaria et primo furarer ab eo viginti scuta z postea alia viginti plus peco scdo q̄ primo q̄ sortes plus eget z pl⁹ tertio q̄ scdo: sed frangendo archam ꝓmo z auferens viginti scuta ꝓmo cōiter plus pecco q̄ auferens tandem post me qz eram occasio scdi furti: z hoc si non fuerit excessus per inopiā in scdo. ¶Istis prelibatis pono conclusionem. Dñe ablatuz per furtū q̄liter cunq̄ capiatur est restituendū et capiā vt includat rapinā hoc est primo°. ꝑz: omne alienuz et iniuste acquisitum est restituendū: omne furtum est huiusmodi: igitur. maioz ꝑz per illud bti aug. ad macedonium: nō dimittit̄ pctm̄ donec restituatur ablatū: b°r ꝑz: qz non est iust⁹ titul⁹ i furto siue icludat simoniā siue rē immobilē siue vsuram vt in vna q̄stione vsure patebit sed ḧ potissimum loquimur de furto ꝓpter dicto ablatum est restituendum hoc sic intelligo homo tenetur habere volitionem efficacem restituendi/et imperatiuam executionis et non ad semper dandum/interdum est impossibile—nichil habet/interdum ꝓpter circumstantiam nō potest repertire tabellionem ad defferendum ad aliam patriam et non tenetur conducere nuncium qz res non est tanti momenti vel quia esset iactura illi cui est restituendum. interdum furtum est occultū homo ꝓpalaret se de furto ad quod nō tenetur tūc capiet confessorem suum faciendo eum restituere z q̄ ipse petat cyrographuz tenetur facere indaginē quousq̄ alter hz non sufficit dare confessori et non sufficit solum ablatum siue res ablata sit fructifera de se vt grex armentum solum/vel per industriam aliozuz requiritur refundere lucrum q̄ō alter poterat consequi ex re sua: vel tenetur satisfacere de dāno q̄ alter ob sue rei carentiam pertulit nec potest petere dilationem si habeat non sufficit nutrire honestum statum cum ere alieno teneat̄ viuat et restituat: nolo dicere q̄ tenetur oia mox restituere quousq̄ sit extreme mendicus petat dilationem a dño rei et det fideiussorem mediate per intermediū vel immediate quam si dare noluerit restituere oportz aliqui inopia pressi procurant eis litteras ne cogantur soluere ad quattuor vel ad quinq̄ annos futuros vt in ecclesia sancti pauli londoniarum et valētienis non habebitis solutionem et illud crebro est rationabile: sed vbi quis satisfacere potest et nō facit sed ex discolia vtitur priuilegio minime excusatur coram deo. ¶Ex quo sequitur q̄ mortiens habēs alienum relinquens heredi in precepto restituendi non tamen restituens male discedit: patet talis non habet volitionem restituendi sufficientem hoc est imperatiuam executionis si haberet illam restitueret si non ponatur impedimentum suppono q̄ non sit impedimentum restituere/interdum est difficile nichil video periculosius in mundo q̄ō sit restitutio advidendum quibus primo est restituendum multe circunstantie sunt considerande quis magis eget a quo ꝓius suscepi alienum an alienū sit penes me vel cōsumptum et secundum hoc restituendum est q̄ꝑmum cōmode possum. Secundo sequitur stat virum per detentionē vnius duodeni tm̄ peccare si cut per furtum vnius scuti. patet supposito q̄ diu duobus vel tribus annis tenuerit duodenum vel quinq̄ et precise vno die vel hora tenuerit scutum qui furatur primo vnum scutum plus peccat q̄ō ille qui furatur vnum duodenum ceteris paribus: sed stat q̄ detinens per detentionem peccet nouo peccato eo q̄ tenetur restituere et non restituit non tamen in qualibet parte proportionali vni⁹ hore peccat nouo peccato esto q̄ non restituat nec quando dormit sed quando actualiter cogitat de restitutione post deliberationem dandi peccat est preceptuz negatiuum vl' prohibitio proprie non tenere alienū et sicut volens furari z volitionem continuans per vnam horam contrauenit ꝑcepto negatiuo in qualibet parte illius tpis non est tm̄ intētio obligantis q̄ homo in quolibet tēpore q̄tumlibet pusillo peccet nouo peccato vt alibi declarari habet/sic est in proposito: sed est vnum aliud de restitutione dato q̄ homo transeat per annū non cogitās de restitue do vbi restituere tenetur z q̄ interdū peccet peccato omissionis. istud corelariū ex aliis locis suā explanationē deducit adde etiam q̄ non prohibet furtum nisi ꝓpter non tenere alienū. ¶Contra conclusionem arguitur exercitus auferens racemos nō tenetur ad restitutionem eorum et tm̄ iniuste eos detinet igitur: ḧ ꝑz posito q̄ a exercitus centū mille homin̄ trāseat q̄ vineā naboth et q̄libet auferat racemū vnū iam nullus ad restitutionē tenet: qō ꝑz etiā voco tenet̄ qui non restituēs peccaret mortal'r: mō nulli⁹ eoz peccat mortal'r: qō ꝓbo qz si sic maxie esset ꝓmittēdo furtū ſz hoc nō quilz capit vnū racemū: ſz istud auferre non ē mortale pctm̄: g̃ indetinē dono est mortale pctm̄: q̄s diceret q̄ sub pena pcti mortalis ego teneor restituere vnā granū millii q̄ cepi a proximo et vltra nullus tenet̄ ad restitutionez sub pena peccati mortalis vni⁹ grani: ergo nō oēs tenentur. probo ꝑmam siue oēs capiatur collective



siue distributiue quia da oppositum collective omnis tenētur ad restitutionē nullus de necessitate salutis tenetur ad restitutionem z non sunt alia peccata cōmissa sequitur si discedant sic omnes damnabunt̄ z nullus damnabitur q̄ falsum est z tamē iniuste detinent racemos. probatur: iniuste racemi sunt ablati nec recompensatuz ꝓ eis est et sunt potentes restituere: ergo iniuste detinent racemos q̄ omnes isti copulatim fecerunt furtuz: patet ceperunt aliquod notabile bonum alienum igitur. ℞o solutione aduerte q̄ isti auferentes racemos vel pisa tripartā possūt se habere vel nullus scit de alio sed sortes venit ꝓius et auffert vnum pisum postea accedit plato auffert reliquū cicero tātūdē vel quilibet scit de alio hoc est vadunt et sibi inuicem suggerunt auferre illa grana vel sciunt sine suggestione de ablatione et nullus dicit de alterius furto. ¶Istis notatis respondetur per conclusiones. ℞rima est: in primo membro omnes notabiliter damnificant: hoc patet capiendo omnes collective hoc est tota multitudo eufert notabile bonum sed nullus isti⁹ multitudinis notabiliter damnificat: q̄admodū si quilibet vnius exercitus portat vnum granum totus exercitus portat magnum cumulum. ¶Secunda propositio et si omnes notabiliter damnificant ꝓximum auferendo grana nullus eorum peccat peccato mortali furti nec omnes sit quia nullus eoruz peccat saltem mortaliter patet ex dictis. quia non omnes patet quia tunc cūes essent damnati et nullus esset damnatus et per consequens non omnes essent damnati si omnes sunt damnati quilibet illorum est dānatus gratia materie sicut mere naturaliter loquendo bene sequitur sortes et plato currūt ergo sortes currit et plato currit licet nō gratia forme. ¶Tertia propositio ꝓ tertio membro si omnes sciunt de seinuicem omnes tenentur ad restitutionem et quilibet restituat non totum sed suaz partem et alios dz amonere vt restituant durū esset dicere q̄ quilibet eoz debet restituere insolidu quia sic satis pernicioſum esset furari in societate q̄ quilibet tenetur restituere aliquod. ꝑz alioquin nunq̄ habebit ille restitutionem. ¶Quarta ꝓpō si q̄s sua sit alis aliq̄d furari ille tenet̄ restituere insolidū et sic de quolibet suadente ratio qz actus eius et exequutio cadit in totum: secus est in prioze mēbro sed vno soluente reliqui non tenentur soluere sicut q̄ plures dolo malo dederunt dānū alicui si vnus restituat alii liberati sunt. l. si plēs. ff. de dolo. sed i foro conscie alii tenentur huic facere restitutionē cuz ꝓ eis satisfecit z alienū habent nec sufficit eis dare pauperibus. secus est q̄ habeo pua inuēta incerta vel furta minuta et abest dñs rei z si dñs redierit vl' ostendatur post dationē illoz bonoz nichil ei restituetur cū iā ꝓ eo dedi sed cū eū latuit me ꝓ eo dāte non meruit ſz habendo acta mea rata merebitur et de necessitate faciet virtutē in his carmimb⁹ vulgaribus recitantur furto notati. Iussio consiliū consensus palpo recursus. ℞articipans mutus nō obstans non manifestans. palpo hoc est adulando dicendo cum viriliter egisse reliqua sunt peruia.

¶Distinctionis decime quinte q̄stio decima nona

Notabile

Queritur vndecuigesimo circa hanc distinctionem quintādecimā et est scda q̄stio de furto quō est furtum veniale vel mortale i casu sequenti satis vulgari sed ipm̄ non vidim⁹ plene solutū et fortasse nec nos penitus oēm difficultatem in argumento emergentē reserabimus cuz est nodosum tangam⁹ ꝑ modulo q̄ occurrunt nobis. ꝓmo venā argumenti aperiendo sit vnus cumulus grani in horreo melros auferat sortes oia grana sēsim nunq̄ duo sil' sed sp vnum habeat tot volitiōes distinctas quot sūt grana sic. s. volo capere a granū volo cape b granū et q̄cūq̄ aufert vnū granū habeat volitionē ꝑticularē cadentē solū sup illud granū nunq̄ hūdo volitionē cadētez in plura grana totalia. tunc sic in casu vez est dicere sortes euacuauit horreū sensum auferendo grana et tm̄ non peccauit mortaliter: et si in hoc casu non peccauit mortaliter non inuenies furtum mortale. si dicas non peccauit mortaliter in fine sic callide subtrahendo da bis occasionē auferendi oia bona sine mortali. Itē hūs distinctas volitiones occidendi tres viros pl⁹ peccat q̄ hūs volitionē occidendi tres copulatim: alioq̄n volens occidere infinitos infinite peccaret ergo habens pl'es volitiones distinctas cadētes super pl'a grana plus peccat q̄ hūs vnam cadentem super magnā congerie granoz. iam ꝓbemus q̄ nō peccauit mortaliter vel in ablatione ꝓmi grani et ḧ non vt constat nec in ablatione scdi grani: qz eadez est ratio et sic de qualibet alia volitione sūt eiusdez speciei specialissime cadūt in obiecta sil'ia ille volitiones dependent a sil'ibus noticiis abstractiuis vel intuitiuis. forte dicis ablatio decimi grani est pctm̄ mortale hoc est volitio auferendi decimi in virtute p̄cedentiū sicut vltima gutta cauat lapidē in virtute precedentiū. sed contra decima est eiusdē speciei vt dictum est cum aliis volitionibus et si fuisset ꝓima non fuisset mortalis: ergo nec in vltimo loco: alioquin auferens post nouem alios mortaliter peccaret. Item analogia de cauatione lapidū non conducit vel prima gutta aliq̄d a lapide aufert vel nichil. si scōm pariformia nec secūda gutta aufert nec tertia cū est par ratio: g̃ nulla gutta cauat. Dicis prima et secunda disponunt ad cauationem sed vltia virtute illius dispositionis cauat. q̄ro que est ista dispositio vel mollificatio et hoc non lapis non videtur mollior solito cū nulla forma substalis producit non est aliqua ꝓua dispositio. Ridetur cōcedēdo q̄ quelibet illarum volitionū est eiusdē speciei essētialis entitatiue sed non sunt eiusdē speciei in genere malitie ez videre scōm iudicium prudentū qñ ē notabile damnum illatum proximo vel citius notabile bonum ablatum a proximo auferre a rege frācorum tres vel duos duodenos nō est ei nocere notabiliter sed aufertur ab eo notabile bonum cum illa pecunia poterat mereri eam dando pauperi cōsiderandum est si esset prudens vel aliquis iust⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca



respondetur dico q̄ minus potest dare quia minus valet habere incompletuz dūium alicuius rei q̄ habere completum in cōclusione tertia venditor preseruat ei ius vendendi ita q̄ si quis licite decem scuta redditū ppetuo ducētis scutis emeret pōt paulo minus dare secundum arbitriuz boni viri pro illis decem adiecta conditione reuendendi quanto minus datur tanto citius alter liberabit:sed emēs potest ita parum dare q̄ non seruatur iustum precium siue alter mox redimat siue non.et si arguas vel vēdens redimit terram vel non.si secundum oportuit dare equaliter cum conditione adiecta vel non adiecta.si primum emēs habebit suum et illud qō interim recepit et sic ei non fit detrimentum:ergo ei equaliter valet/siue ponatur conditio/siue non ponatur. Respōdetur siue redimat siue non terra minus valet ementi:cuius causa est non ita bene colit agros acceptos vel domum quia dubitat quando alter redimit si sit liber taliter emptus non audet emens eum notare in margine/vel facere fructus suos. Item est sollicit⁹ et anxius quid faciet de pecunia quam alter est forte allaturus et illa anxietas est estimabilis precio ꝛ per consequens minore pecunia potest terram emere ista cōdictione adiecta.

## Distinctionis decime sexte questio vnica.

Sirca decimam sextam distinctionē in qua magister petit an contritio/confessio/et satisfactio sunt partes penitentie de quibus facile est respondere ex dictis. Alii petunt an gratie infusio et peccati remissio sint vna mutatio ꝛ an prius introducatur forma introducēda q̄ eiiciatur forma expellenda constat q̄ sunt due mutatiōes de priozitate temporis non prius vnum introducitur q̄ reliquum expellatur:sed primum instans inductionis vnius est primum non esse alterius vel vltimum instans non esse vnius est vltimum instās esse alterius hic inter peccatum et gratiam nulla est repugnantia formalis sicut inter calorem et frig⁹ sed incōpossibilitas ex pacto diuino de mortali loquor sed in inductione formarum aliarum non est priozitas aliqua temporis licet bene perfectionis/ignis introducens calorem expellit frigus potest expelli frigus de potentia dei et nō introduci calor deo ad hoc non concurrente sic calor et frigus in quibuscū q̄ gradibus nullam habent repugnantiam vt opinor:et sic proprie non est priozitas licet sit similitudo cum priozitate q̄ prius eiicitur forma expellenda et dispōnitur subiectum sicut prius materia est dispōsita in vtero anteq̄ deus introducit animam intellectiuam.ꝛc. frigus et humiditas expelluntur a ligno anteq̄ ignis introducit formam substantialem sic in iustificatione ipii peccator detestatur mortale commissum anteq̄ deus infundit gratiam .secundum illud beati augustini:nullus sue volūtatis arbiter constitutus nouam vitam inchoare potest nisi penituerit eum vite preterite in martyrio vt opinor in casu est virtualis detestatio alium casum nō

Notādū.



posui superius act⁹ actuoz.ij.de anima sunt in pa
ciente ꝛ dispōsito.ꝓpterea ꝑus natura est contritio
añq̄ gratia infundatur attritio tempore ꝓcedit iusti
ficationem impii ſz peccator ratione attritionis nō
est iustificatus.at si quis eliciat cōtritionē pure ꝓ
biliter ꝛ sit a instans in quo sumus vltimū non esse
productionis eius añ quodlibet instans futurū erit
gratia ꝛ añ quodlibet instans futurū erit contritio
ꝛ tū contritio erit ꝑius natura.non sequitur nulla
cōtritio erit imediate post hoc ꝛ imediate post hoc
erit gratia ergo gr̄a omnē contritionē futurā prece
dit cū imediate post hoc erit cōtritio imediate post
hoc erit contritio q̄ non imediate post hoc erit si eli
ciatur contritio instantanee in eodē instanti infunde
tur gr̄a:ſz est priozitas nature cōtritionis ꝛ hic loquutus sum de adultis puuli aliqui iustificant sine
actu proprio per sacramēta ꝛ in vtero aliqui.vt hie
remias baptista. Isto prętermisso peto hāc questionem.an peccatū mortale ꝛ gratia sunt simul in
eadē anima. Ponit vna cōclusio negatiua ad q̄
stionem qz da oppositum talis si decederet dānare
tur ꝛ saluaretur post q̄ in pctō mortali ꝛ in gratia discedit.et ꝓcedo fm legem stipendia pctī mors gr̄a
dei vita eterna. Contra conclusionem arguitur
ꝓcipiat deus sorti nunc exītī in gratia q̄ diligat eū
añ a instans terminatiuū huius hore omittat sortes
ꝛ sim⁹ nos iam in a instanti. Arguitur sic iam sortes est in peccato qz culpabiliter omittit(de mortali culpa intelligo)ꝛ est in gratia.qō ꝓbo.qz i quolibet instanti intrinseco huius hore ante a instās est
in gratia:q̄ in toto illo tempore siue capiatur cathe
gozeumatice siue sincha^ce ꝓpria tenet qz ex opposito
sequitur oppositū q̄ in quolibet instanti intrinseco
illi⁹ tpis sit i gr̄a ꝓbo qz si non hoc esset qz culpabiliter omittit añ a instās ſz hoc non qz quocūq̄ instāti dato ante a instans inter illud ꝛ a instans mediat
tempus in quo poterat adhuc adimplere ꝓceptuz
ergo tunc non culpabiliter omittit. Et pro nūc supponatur q̄ voluntas potest actū elicere in instanti
hoc probabili⁹ est oppositō. ꝛ quando solum esset
ꝓbabile per regulam obligationū omne possibile
est admittendū non debes impedire argumētū nec
tenēdo oppositū illa via abibis. Forte cōcedis propter argumentum q̄ sortes est in gr̄a per totū tēp⁹
ante a instans ꝛ per quālibet eius partē. Cōtra vocetur tempus vna hora b sortes in b est in mortali
peccato qz est ei ꝓceptū ante a instās diligere deū
sub pena peccati mortalis ꝛ cū omittat q̄ añ a sortes est in peccato mortali. Forte negas consequentiam ꝛ apparēter imo solū sequitur q̄ in a instāti est
in peccato mortali primo. Contra hoc arguitur
peniteat sortes primo suū peccatū in a instanti cas⁹
est possibilis cū potest elicere actū in instanti vt iam
argutū est nullū alium actum habendo in illa hora
illo dato arguitur sic.sortes in illo casu culpabiliter
omittit tū in nullo instāti est verum dicere primo culpabiliter omittit nec i aliquo tempore. Forte dicis
non potest primo detestari suum peccatū in illo instanti. Contra potest nolle peccasse in quocūq̄ in-

Rō ad q̄ stionem.

ꝑ.ꝓ°nē añ

stanti primo ex ipotheſi ꝛ maxime si nullū actum habeat ante illud instās quēadmodū est in proposito.
forte dicis deus non pōt precipere alicui sub pena
peccati mortalis q̄ diligat eū ante a instans quī includat etiā a instans.ꝛ sequitur cōtradictio vt argumentum arguere videtur. Contra hoc nō soluit argumentū qz argumētū ad hoc deducere conat vbi facile soluendo resistet:q̄ non est negandū de potētia absoluta dei huic argumento cōmuni. Respondetur admittēdo totū casū dicit q̄ sortes peccauit
ante a instans puta i tempore terminato ad a instās
Et conceduntur iste conclusiones imediate ante a
instans sortes erat in gratia/in qualibet parte hui⁹
hore sortes est in gratia/ꝛ in aliqua parte huius hore sortes est in peccato mortali/in quolibet instanti
huius hore sortes est in gr̄a:ſz hanc nego in aliquo
instanti huius hore sortes est in peccato mortali.
Cōtra istud arguitur sortes peccauit añ a instās
est ꝓpositio de preterito ꝛa:ergo habuit vnā de presenti ꝛam sortes est in peccato ante a instans vl sortes peccat ante a instans semper est falsa:qz si i quocunq̄ instanti ante a instans dicesſisset fuisset saluatus.preterea pono q̄ primū mortal in a instanti per
suum primū instās nō esse talis damnabitur per te
qz decedet in peccato mortali:ſz probo q̄ non qz in
quocunq̄ instanti sortes erat in rerum natura fuit i
gr̄a:ergo non decedit i mortali peccato . Eodēmō
potes argumētari si sortes viuat et primo incipiat
detestare suum peccatū in a instanti. Respondetur
concedendo q̄ est ꝓpositio de preterito vera.ꝛ cōceditur etiā q̄ sua de presenti est vera sortes peccat
añ a instans vel sortes est in peccato ante a instans
ꝛ in quolibet tempore terminato ad a instans q̄tūcūq̄ magno vel paruo:ſz non datur tempus adeq̄tum añ a instans in quo est in peccato secūdum se ꝛ
quodlibet sui:ſz bene secundum aliquid sui capiendo semper tempus terminatum ad a instans. Sed
cōtra imediate ante hoc instans erat in mortali: q̄ i
aliqua parte hore precedentis caruit gratia si in tpe
terminato ad hoc instans sit in mortali:ergo in illo
tempore nō habet gratiā:sed hoc est falsum in hoc
tempore habet gratiā.nego ꝓsequētiā primā i eodē
tempore est in gr̄a ꝛ in mortali pctō: si in qualibet
parte huius hore sit in gratia in nulla parte hui⁹ hore caret gratia vbi ponis q̄ sit cōtrict⁹ in hoc instāti terminate horā. Insuper vocetur gratia quā habebat in tota hora preterita a illa gratia perditur q̄
ro qñ perditur vel an manet in hoc instanti terminante horam.dico q̄ a gratia nunc primo perditur
ꝛ gratia contritionis nunc datur: ſz habitur equiua
lens gratia annichilate cū ponim⁹ hominē resurgere semp in maiori gr̄a ꝛ cū peccatū mortale quodlz
sit gratie ablatiuū nō inconuenit q̄ deus vnam gratiam annichilat in vno instanti ꝛ similē producat in
eodem instanti vt contingit qñ producit in aliis instantibus vel dicatur q̄ a non pditur in casu cū ponatur impedimentum scz detestatio que si non posita fuisset in hoc instanti gratia ꝑmo fuisset perdita
et sic non semper peccatum mortale tollit gratiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



quodlibet est ablatiuuz de se gratie z in quocūqz instanti hō est in peccato mortali i illo nō habet gratiam stat cū tota nostra solutione. Ad aliud conceditur q si discedat per primū instans nō esse primo in a instanti dānabitur pro peccato añ perpetrato. z conceditur in illo casu q in quolibet instāti vite sue erat in gratia z dānabitur qz tunc primo anima est in peccato. ¶Et etiā dividendo tēpus precedēs a instans per partes proportionales ptibus minoribus terminatis versus a instans in nulla parte ꝓportionali huiꝰ hore sortes peccauit: ſz non sequitur q in nulla parte huius hore sortes peccauit qz in pte terminata versus a instans includēte infinitas partes ꝓportionales sortes peccauit. ¶Cōtra dicis ḡ lapsa illa hora verū est dicere sortes incepit peccare mortaliter z nō pvltimū instās nō esse. pz q̄rēdo de illo nec potes dare intrinsecū illi hore: ḡ incepit peccare per primū instans esse: ſz non in aliquo instāti intrinseco illius hore: ḡ in illo instanti extrinseco primo quelibet resicipiēs esse vel incipit per primuz instans esse vel vltimū instans non esse z hoc patet capiendo totum tempus in quo res nō est z totum tempus in quo est z dando mediū instās a vel i illo instāti res est z nunq̄z ꝑius fuit vel in illo nō est sed immediate post illud erit si primū datur primū instās esse si scōm datur vltimū instans nō esse. Respōdetur per neutrū incepit nec argumentū habet colorem. patet. in siꝫ deus potest imediate post instans in quo sumꝰ scz b creare vnū angelū ergo eodēmō añ instās in quo nos sumꝰ poterat creare angelum vocetur ille c nūc verū est dicere c fuit z incipit esse: ſz nec per primū instans sui esse nec vltimū instās nō esse. pz aduertenti licet hoc instans i quo nos sumus est primū esse instātaneū c angeli nō tñ est primū esse istius cū ante habuerit esse nec sepas totale tēpus i quo est a totali tēpore i quo nō est cū nō datur maximū tempꝰ ꝓ qō erit. aliꝰ est modꝰ rationabilis i philosophia z satis cōis q aliqd acquiretur z gñabitur añq̄z genitū z acq̄sitū sit ita q calor generandus in hora sequenti gñabitur z in instāti terminate horam totus ille calor erit genitꝰ z fm hoc. Secundo respondeo ad casum principalis argumenti q sortes primo peccat in a instāti z malo instanti ante a instans nec in aliquo tempore ante a instās: z hec vis satis quadrat cū dictꝰ aristotelis q omne q factū est ꝑius fiebat z oē q corruptum est ꝑius corrūpebatur nec modꝰ precedēs aristoteli z veritati repugnat prꝰ fiebat fm partes q̄s successiue fiebat hunc fm modū multi antiquorū tenuerūt patet per altisſ. expresse z multos doctores illiꝰ eui licet apud eosdē ꝓior erat in honore licet facile sit pore modū opugnare difficile est solutiōes dabiles ab ingenioso expugnare. Et q̄s arguis deus precepit sorti diligere eum añ a instās z sortes nō dilexit deum añ a instans: ergo sortes culpabiliter omisit añ a instans nego cōsequentiam: ſz solum sequitur q primo peccat in a instanti. Et q̄s cōtra illud replicas precipiat deus sorti detestari suuz peccatū in a instāti. Respondeo q replicās nō intelligit seipsuz penitere z detestari sunt respectu culpe ꝓterite mō nulla est culpa precedēs a istās ex casu nō deleta ꝑ gratiā: qz licet sortes peccauerit antea q annū preteritum ponim⁹ cum i hora tota ante a istās esse in gratia. Si dicas sortes potest elicere peccatū mortale i hoc instāti z ipm sil' detestari. Respondeo negando cōtritio z mortale nō se compatiūtur i eodē instāti. illo dato est difficultas extrinseca huic argumento. Sed contra istud arguit detestet sortes suū peccatū imediate post a instans seqtur q illud peccatū durabit ꝑcise per vnū instans. z sic habetur q rei permanētis datur vltimū istās esse secūdum se z quodlibet sui imo q rapti fluit de cursu cōmuni ¶Preterea pono q sortes diligat deū primo in a instanti sequeretur q sortes non esset trāsgressor ꝑcepti tūc consequēs est falsum: igitur. Et q sequatur arguitur quandocunq̄z quis diligit deū super omnia est in gratia qz dilectio dei super omnia videtur esse vltimata dispositio ad gratiā. falsitas ꝓntis ꝑz qz precipiebat ei diligere deū ante a istās z ꝓceptū erat rationabile ergo si nō impleuit preceptum toto magno illo tempore erat deo ingratus z peccauit. Respondetur admittēdo q sortes immediate post a instās detestetur peccatum suum qz siue successiue siue in instāti actū detestationis eliciat si successiue illa detestatur incipit per vltimū instās non esse detestationis. Et illud vltimū instās nō esse detestationis est primū instās esse huius peccati. Si i instanti erit perinde ac si de duobus angelis quoz vnus producitur imediate post aliū: sed nego q illud peccatum durabit ꝑcise per vnum instās illud peccatū omissionis realiter est aia vl' homo omittens. z sic hec est falsa peccatū hoc durabit ꝑcise ꝑ vnū instās qz bene sequitur hec anima durabit in eternum a parte post hec anima est vel erit hoc peccatum omissionis ergo hoc peccatū omissionis durabit in eternū a parte post: ſz hanc concedo. hoc peccatum durabit hoc peccatum omissionis ꝑcise per instās siue aliqua res durare pōt precise per vnum instās vel ne nō est michi cure: ſz argumētū assūptū hoc non oñdit. Ad aliud admitto q sortes diligat deum primo i a instāti z esto q ipse sit tūc in gratia nichil contra argumentū qz fm aliquos ponit obicem peccato mortali. modo solutio vult dicere i instanti terminanti totū tps precepti primo peccatur si in illo non ponatur obex quomodo dilectio dei tollit peccatū alibi dictū est nobis sufficit ratio non vincit oppositum. Forte petis solutionē argumenti tenēdo q voluntas nullū actū pōt elicere in instāti cōmuniter dicitur q omittit añ a instās oportet dare aliquod tempus ꝓpter cuius paruitatez voluntas nō pōt elicere dilectionē dei z dabitur minimū tempꝰ in quo pōt elicere dilectionē dei vel maximū in quo nō pōt elicere dilectionem dei vel dando ꝑmuz sit illud tempus b terminatū ad a instās. si nō incipiat diligere deū in b incipit esse culpabiliter omittens. si detur scōm mēbrum put maximū tempus in quo non pōt elicere dilectionē dei tūc ante illud tempus culpabiliter omittit. ¶Sed contra istud



arguitur da vnū mēbroꝝ minimum tēpus sit illud tempus millesima pars hore termiata versus a instans volo probare q illud non est minimū tempꝰ in quo pōt elicere dilectionē dei nec aliquid esse potest sit instās inchoatiuū b temporis c. Et incipiat sortes in c instanti per remotionē de presenti z positionē de futuro diligere deum. Arguitur sic sortes nūc incipit i c instāti diligere deū ergo nunc nō diligit deum z imediate post hoc diliget deū illa cōsequentia est bona i proposito z p consequēs añ finez b temporis diliget deum ergo b tempus nō est minimū in quo pōt diligere deū. si dicas dicatur vnuz minꝰ tps q̄ b. puta cius octaua pars vel alia minor z illa est minimū tempꝰ i quo possum diligere deū. Eodēmō arguam contra te sicut supra. forte dicis nō datur minimū tempus i quo voluntas suū actū pōt elicere: ſz dat minimū i quo pōt actū certe intensionis elicere. z hoc requirit ad dilectionē dei. Contra quecūqz dilectio gradualis sufficit ad impletionem ꝓcepti de dilectione dei vt alias probatum est videtur michi vt argumentum deducit oportet dicere q sortes culpabiliter ꝓio omittit sicut alia opinio tenēs q voluntas pōt producere actū i instāti z adā male ponderat et hoc potest esse dupliciter solutū vel q primo peccat in istanti terminati illud tempus vel in tēpore terminato ad hoc instās alibi tangem⁹ aliqua que cōcernūt euisceratione huius argumenti de sorte et platone qui continue merenk z demerenk p vnam horā et alter i instāti terminate illam horā non sit altero existente. Sed contra oēm solutionem datam replicatur probādo q sortes nō peccat vsq̄z post a instās. Contra illam solutionez tenentē q tunc in illo instāti primo peccat vl' q peccat in tēpore terminato ad a instās scōm aliam solutionem. Et hoc sic ꝑcipiat deus cum casu sortis stante platoni q diligat eum añ finēintriſecū hore z omittat iam plato omittit añ sortē z nō omittit vsq̄z ad a inclusiue scōm ꝑiorē solutionē nec vsq̄z ad a exclusiue secundū aliā solutionē z plato omittit culpabiliter añ sortē. patet. qz est ꝓceptū diligere deuz añq̄z labaſ hora p instās intriſecū vel finē intrinsecū q̄ omnia precedūt a istās extriſecū q nō peccat añ a instans secundū ꝑimā solutionē. pz. da istud z sit b. Cōtra adhuc pōt implere preceptū ergo ℞ b nō omisit. Eodēmō arguā de quolibet alio instāti añ b sic facile potes argumētari si teneatūr aliꝰ modus dicendi casus iste nō petit aliā solutionem a casu principali. scōm vnā solutionē dicatur q peccauit añ lapsum oīm partium proportionabiliū sed in qualibet parte proportionali erat in gratia fm aliā in istāti terminate horā primo peccat. ſz dicis tunc aliqs inuitus peccat i casu principalis argumēti. pz. in illo instāti terminate horā verū est dicere is primo omittit. ponatur q displicet sorti q nō dilexerit deū in tēpore preterito z nūc diligat deū iā adhuc peccat peccato omissionis tenebaſ diligere deū añ a instās z nō dilexit deū añ a instās ꝑ te primo contrahit maculā hoc est dictu est in culpa omissionis primo in a istanti ergo aliquis iuitꝰ peccat. Respō deo siue diligat siue nō diligat i illo istāti peccabit: sed añ poterat cauisse ꝓpterea non iuitus peccat.

¶Secūdo arguit gratia expellit peccatū mortale Scōo añ. z contra ergo oportet q simul sint i aia. cōsequentia tenet qz alias expellere sese non possunt. Item vel ꝑs peccatum dimittit añq̄z gratia infundatur Et sic dabitur de lege aliquis neq̄z filiꝰ regni neq̄z carceris vel peccatū stat quouscq̄z gratia infundatur z habetur itentum. ¶Respondetur distinguendo q gratia mortale peccatū expellat vl' ex natura rei vt calor frigus z sic negatur vel ex pacto diuino z sic concedo. ex cuius cōcessione nō sequit q gratia z peccatuz mortale sunt simul i anima: sed illud nō soluit vniuersaliter sciētia huiꝰ q̄libet linea oppositā maiori angulo est maior z econuerso expellit opinionē q̄ habeſ de eodē et tamē nūq̄z simul sunt per instāns sicut explicabimꝰ fm materiā subiectā de gratia z mortali peccato vnde hic aduerte. si sortes sit nunc in gratia vel elicit mortale i instāti vel successiue. si primū gratia desinit esse per primū instās sui nō esse primū instās peccati mortalis est primū nō esse gratie z est idē istās numero si successiue homo elicit mortale peccatū tunc vltimū instans non esse peccati est vltimum instās esse gratie z sic res permanēs secundū se z quodlibet sui habet vltimū instās sui esse nimirū a solo deo adnichillatur.

## ¶Distinctionis decime septime questio prima.

Sirca decimam septimā distinctionē querit primo an omis vtriusq̄z sexus fidelis exīs in annis discretionis teneꝰ tantuz semel in anno omnia sua peccata ꝓprio sacerdoti confiteri moueo questionē sub hac forma. omnis vtriusq̄z sexus vltro coincidendo cū illo famato capite. extra de penitentiis z remissionibus oīnis vtriusq̄z sexus

¶Pro solutione q̄stionis nota q titulꝰ questionis est ꝓpositio exclusiua in vna exponente includens q quilibet tenetur semel in anno confiteri in altera exponēti nō pluries q̄z semel i anno. Et vtrūq̄z mēbrum habet difficultatē. Scōo notabis restat ostendere quo iure confessio vocalis introducta est non iure nature nec est principiū practicū euidenter notū nec ꝙ° ab hoc descendens q quis debeat peccata sua occulta alteri ostēdere adam z cayn. gene. iij z. iiij. debebāt deo recognoscere pctā qui interiora cognoscit. restat venire ad ius diuinū positiuū vl' humanū. Ad primuz licet sint auctoritates in veteri testamento cōfessionez insinuantes. vt leuitici. xvj. aaron z filii eius debuerūt cōfiteri pctā filioꝝ israel Et iosue. vij. de achon. Iste auctoritates intelligūtur de cōfessione deo faciēda vel publica z de q̄dā gñali cōfessione vt peccauimꝰ iniuste egimꝰ. Esaie xliij. Narra si quid habes vt iustificeris. et prouer. xxviij. Qui absconderit scelera sua non dirigetur. Sed veniendo ad nouū testamētū sunt opiniones aliquibus dicētibus est pure de iure humano sic tenet apparatꝰ de pñia. d. v. in penitētia. et panormitanꝰ. extra de peni. z re. oīnis vtriusq̄z sexus: ſz dif

Notādū.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ficile est videre vbi introducebatur ab eccl'ia nō hic omnis vtriusq; sexus qz añ erat cōfessio vocalis.pz in magistro sñiaz qui precessit innocentiū tertiū et i doctoribus eccl'ie auctoritates magister in lra itro ducit de cōfessione apparatus dicit licet non possit dari passus illius impositionis ab ecclesia tamē est consuetudo eccl'ie z ꝑsupponit q; imposuit hoc licz in iure nō habeatur cū nō cōstat vbi imponitur i iure quidā doctor dicit q; irrationabiliter loquitur dicendo aliquid esse de vniuersali traditione eccl'ie z nō potest repiri illud in canone q̄ad modū turpe est theologo dicere aliquid esse de iure diuino z nescire vbi illud continetur. Sed contra doctor ille impugnando passus introductos ab aliis dicit q; i nouo testamēto precipit venit finaliter in hoc q; est de iure diuino.esto q; in biblia nō habeatur locus exꝑs sus vbi ꝓcipit ꝺm illud Johānis vltimo.multa q̄dē signa fecit iesus que nō sunt scripta in libro hoc q̄ incidit in illud quo aliū arguit. Potes dicere illud nō concludit qz vult dicere nichil est de iure canonico eccl'ie quod non habeatur in canone.sec⁹ est de iure diuino cū fundamentū est illud Johānis vltio Arguit quidē sic quilibet teneť recupare gratiā per ditā via facilioze qua potest:sed sic est per confessionē maioz negarek non semp tenetur homo ad meli⁹ etiā negabitur minoz cōtritio est nobis notioz. Tū tertio si non sit sacramentū ꝓceptū a xp̄o argumentū petit principiū dico q; est de iure diuino in nouo testamēto cōtentum et sic argumētoz.iacobi.v.illa que eodē cōtextu ꝓuulgantur eandē vim obligādi habēt:sed sic ē q; iacobus ꝓmulgat extremā vnctionē quito capite ꝓfato infirmať quis inter vos inducat ꝓsbiteros z postea subiūgit cōfitemini alterutrū peccata vra nec impedit(quod alii dicūt)orate ꝓ vobis inuicē sic debent confessoz z confitēs debito cōgruitatis. item iohannis.xx.post passionem quozū remiseritis pctā remittenť eis/z hoc nō pōt fieri nisi alii pctā referent q; illa sunt de precepto z nō cōsilio. patet ex doctrina ap'lozuz et ꝓmittue ecclesie q̄ semper ita tenuit z docuit que in hoc errare nō potuit .quo fit nō modo inscite:sed delire loquūtur apparat⁹ z panormitan⁹ dicētes q; est de iure humano solū hoc est falsuz sed cōfiteri in tali tempore circa pascha est de iure ꝓ ure humano sicut colere deū est de iure diuino sed in tali die colere z tali modo est de iure humano modus grecoꝝ nō impedit multa laudabilia reliquerunt oīa sacramēta eccl'ie a xp̄o instituta sunt si esset aliquod ab homine pōt illud tollere. Item sicut baptism⁹ cōtra originale est de precepto diuino sic penitentia sacramētum circa mortale actuale q̄libet adultus teneť ad cōfessionē dicit cōstitutio per adultū intelligiť capax rationis Et hoc cognoscit sic.qñ quis interrogat⁹ ordinate cognoscit rationabilia esse rationalia z verecundatur de malefactis ꝓ verecundiā cōuincūtur pigmei nō esse homines ꝺm aristotelem magister dicit non legiť cōfessio petri locus ab auctoritate negatiue non tenet:etiā adhuc penitentia sacramētū non erat imposita. Item xp̄s magnus pontifex poterat dispensare. Vltimo aduerte sup illo verbo ꝓpelo sacerdoti volitarūt expositiones.vna erat cuiusdā doctoris parisiensis magistri iohānis de poliacotenētis q; per ꝓpriū sacerdotē intelligiť ille quē cōmuniter vocam⁹ curatū vel in scotia vicariū vl' rectorem.hoc pz in quadā extrauagāti.iohānis.xxij. vas electionis vbi dictus magr iohannes tenuit q; confessus religiosis habentibus licentiā gñalē audiēdi cōfessiones teneť iterum confiteri sua peccata suo ꝓprio sacerdoti z seminauit ꝓsequēter alios errores.patet ibidē ad illud ꝓpositū aliis exponētibus illū terminū ꝓprius sacerdos q; habētes generalē licentiā audiēdi cōfessiones tenētur habere facultatē a curato z postea sufficit.Et sic tenet glo. extra de peni.z re.omnis vtriusq; sexus . Istis ꝓlibatis pono conclusiones. Prima est omis adultus rōne vtēs fidelis teneť sua peccata omnia confiteri suo ꝓprio sacerdoti sel'i anno q; statutū omnes. Secunda conclusio q̄q; volitēt opiniones sup hoc an homo tenetur ire ad confessionē q̄ primū peccauit mortaliter habita opportunitate sacerdotis sanioz michi apparet illa opinio q; non regulariter sufficit semel in anno ita q; homo q̄ primū peccat qñ occurrit ei memoria peccati teneť ipsum detestari satis accedit illud ad ius nature z habeat in ꝓposito ꝓ loco z tempore adire confessionem puta in festo paschatis dictū est volitēt opiniones qz aliqui tenēt partem affirmatiuā alii cōiter partē negatiuā.patet ꝓ⁰ pene sunt restringēde vbi nō cōstat de opposito z fauores ampliandi dictū est regulariter qñ eminet mortis piculū vel qñ capit eucharistiā vel est in graui infirmitate cōfessio est facieda imo precepit romanus pontifex añq; introducatur medicus corꝓalis.extra de pe.z re.cum infirmitas nec valet dicere q; per hoc desperabit laborās qz in hoc doceatur q; est preceptū romani pōtificis z quidē rationabile nec ꝓpterea formidabit.etiam qñ vadit ad bellū iustū vbi mortis periculū eminet similes casus possunt contingere multi vt qñ vadit ad mare piculosum vel nunc habet oportunitatem z est verisimile q; postea non est habitur⁹ ifesto paschatis si quis habeat cōscientiā erroneam q; teneatur q̄ citius deponat eā vel confiteatur de religiosis qui consuetudinē cōicandi habent.in mense nō intelligo bonū tamen est.z insuper debitum debito congruitatis q; clerici z ꝓfessi familias z mꝑssa familias in festo paschatis/penthecostes z natuitatis dñi confiteantur z cōicent bonū est frequēter cōfiteri tūc facili⁹ peccata occurrūt z facile est confiteri.vnde ꝺm illud beati grego.pctm̄ quod per penitentiā non diluitur mox suo pondere in aliud trahit.abissus abissum inuocat.Apocalipsis vltimo.q̄ in sordibus est sordescat adhuc.tamē iste auctoritates possunt exponi q; diluuntur post cōtritionem et hoc est verum nō requirit aliud nisi in festo paschatis regulariter.Si dicas homo tenetur cōfiteri oia sua peccata que fecit post vltimā confessionē sz hoc non potest si differat vsq; ad pascha multa excedēt ab eius memoria quātūcunq; tenacis memorie fue

Prima ꝓ⁰.

Secda ꝓ⁰.



rit. Respondetur homo potest cōmendare scripto z tenere occulte q; nemo scit legere nisi ipemet aliqui non totiens peccant in anno mortaliter quin cōmēdare possunt memorie imo aliqui i toto anno nō peccāt mortaliter.propterea alexañ .z pfes faciunt magnā indaginē de illo qui sola venialia cōmisit toto anno qō tuas vires trāscēdit est tibi inopinabile:ꝓpterea rationabiliter dicebat doctor sub tilis non est incredibile multos per annū viuere sine mortali imo per maius tēpus. At si quis cōmisit tātuz numerū pctōꝝ q; determiate explorare nō potest quotiēs peccauit sufficit dicat verisimil' nullus est ipossibilitat⁹ vtēs ratione quī ei pateat via salutis. Tertia cōclusio peccatoz debet oīa sua peccata mortalia vni cōfiteri z non diuidere hoc ꝓbatur auctoritate beati augustini de vera z falsa penitētia et ponit.xvj.d.quidā vni celāt qō alii manifestandū cōseruant medic⁹ non potest bene curare febrē nisi habendo respectū ad ventris ꝓfluuiū diuidere est se laudare z adipocrisim tendere et non modo peccata:sed circunstantias que reddūt peccatū mortale vel grauius mortaliter q̄ si ille circūstantie non ponerentur de penitētia.d.v.consideret qualitatem criminis in loco/in tempore/in ꝓseuerētia /in varietate ꝓsone z quali ꝺ fecerit tētatione et in ipsius vitii multiplici executione oportet eum penitere fornicantem secundū exigentiā sui status aut officit aut secūdū modū meretricis z in modo operis sui et qualiter turpitudinem egerit suā si in loco sacro z reliqua.Multiplices sunt circunstantie:aliq; mutant speciē peccati vt furari de loco sacro in illo actu vnico sunt duo peccata capiendo alienum z de loco sacro et sic furtū imbibit z aliam specialē ꝓhibitionē in furto nō inclusaz. simil'r cognoscendo consanguineā solutā includitur fornicatio per equiualētiam z specialis alia ꝓhibitio sub pena peccati hic nō mutatur species peccati entitatiue hoc est ꝓprie non oportz mutare speciē actus essentialiter sed mutať actus in specie peccati de specie specialissima loquor.circunstantia circunstās non mutat essentiam actus.due sunt circunstantie in eadez specie quarū vna alia inuoluit differentes secundū maius et minus vt furari parū vel magnū. Tertie sunt circunstantie indifferentes puta nec augentes nec diminuentes vt furari a sorte vel a platone manu dexteraꝝ sinistra. Prime circūstātie sunt de necessitate cōfitende cū addunt noua peccata vel nouā diffōrmitatē ad actū.tertie non sunt cōfitēde de scōis nō cōuenit omnes sed opinoz q; debent esse cōfesse.probatio excessus ex parte obiecti in furto maiorē diffōrmitatē addit super parū obiectuz q̄ locus sacer respectu ablati.in eo pz de furto mille sterlingozuz super scutū.sed prima diffōrmitas est cōfitenda q̄ z scda.Insuper nescit confessor penitē tiā imponere nisi cognoscat magnitudinē delicti sz delictū cognosci non pōt nisi ostēdatur magnitudo obiecti.rursus aliq⁹ furtū est veniale aliquod mortale puū aliquod mortale peccatū magnū pz de furante liardū grauū tritici vel duo vel vnū scutum

Tertia ꝓ⁰

et intelligitur de doctis circunstātias cognoscētib⁹ indocti nō tenētur nisi interrogentur a cōfessore sz de actu voluntatis intenso vel remisso accedat ita propinque sicut pōt dicendo diu habui malā voluntatē contra titiū vel actu multū intēso nō pōt q̄s ita clare magnitudinē peccati prouenientē ex pte anime cognoscere sicut ex parte obiecti.dicat sicut ei videtur mortale cognitū tale cathegorice cōfitēdo qñ dubitat q; est mortale vel veniale cōfiteat ipsuz peccatū ipsuz detestando z sic est deletū ad culpam dato q; eum lateat an sit veniale querat ꝓ⁹dentem z doctuz ꝓ materia restitutionis ne ab impito cogatur dare licite acquisitum vel tenere inique cētū licet sit bonū confiteri venialia nō est de necessitate ꝓcepti qñ est cognitū tale licet multi dicant quādo venialia cōiūgunť mortali nō sunt de necessitate cōfitenda.secus est qñ sunt solitarie ꝓpter ꝓceptū ecclesie de cōfitendo semel in āno vel semel in mense inter religiosos. Sed ꝺ si signuz vniuersale omia in decretali distribuat terminū pctā ꝓ oib⁹ suis suppositis oportz confiteri mortalia z venialia simul z oīa venialia qñ separanť a mortali qz nō est maioz ratio de vno veniali plusq̄ alio . Item tunc melioris ꝓditionis erit peioz quo ad hoc.qui nullū habet peccatū nisi veniale pōt accedere ad suū curatum.dñe ago gratias nō occurrit michi alicuius mortalis memoria cōseruationem attribuo deo de me puluis z cinis sum peto corpus saluatoris cum aliis si placeat aliud non potest curat⁹ habere oportet z cōfitenti det fidem nisi ei aliunde cōstiterit de opposito z illud crebro cōtingit in religiosis q̄ quolibet mense cōicant vel in sacerdotib⁹ religiosis q̄ quotidie celebrant:q̄ a fortiori cui nullū veniale occurrit post vltimā confessionem non tenetur ire ad confitendū se esse miserū peccatorez licet potest se confiteri ꝓcliue ad peccandū sed ad hoc non tenetur nec est confessio de qua loquimur. Ex isto patz q; beata virgo non confitebatur se cū omis peccati originalis/venialis z mortalis erat exps nō habebat materiam pñte virtutis vel penitentie sacramēti.albertus sup missus est dicit cōfitebatur se iohanni euangeliste dicendo.si in tali opere vel tali delicto confiteor ipsa nō peccauit non dubitauit vt opinor q; peccauerit et per consequēs incassum conditionaliter confessa se fuisset. Si dicas q; illud beati grego.bonarum mentium est culpā cognoscere vbi culpa non est.dico cognoscere id est trepidare nō tamen in quolibet supposito sed vbi est ratio dubitandi xp̄ifera dei virgo ꝓuisa ante secula aiam bonam et corpus aptissimū sortita est nimirū cū saluatoz corp⁹ ex ea accepturus erat regebatur a spiritussancto vnctio eā in his illustrauit ꝓpterea nō dubitauit an ipa peccauit an ipsa dubitauerit an filius esset inter amicos.luce.ij.tangim⁹ in tertio existens inter machometistas in seruitute vel carceribus vel habens ignorantiā inuincibilē excusať non requiritur scriptum inter distantes cū scriptum de se est patens cum tollitur verecundia si quis fuerit mutus z surdus si potest sua peccata explicare per

Universidad de Deusto
Biblioteca



mutus bñ est licet illud sit difficile difficile est significantias rei absentiū per nutus representare quid erit de sinchate gozeumatib⁹ si religios⁹ habēs nutus in promptitudine fiat elinguis potest se cōfiteri per nutus vbi curatus est ignarus nescit discernere inter lepr̄ā et lepr̄ā vel sollicitator ad maluz potest mulier ab eo petere facultatez confitendi se aliūde idē est si est reuelator secreti in confessione vel si q̄s cognouit consanguineā curati in primo gradu vel vlteriore vel occidit suū fratrē vel furat⁹ est suum equum petatur facultas ab illo cōfitendi se alibi q̄ ad hoc non debet esse difficilis et potissimū quādo videt virū discretū nec prodat ꝑfitens aliū secū in crimine ꝓticipās in confessione si pōt suuz peccatū alr detegere dixi aduersū me ūq̄tatē meā. ꝯo. xxxj dixi aliter detegere si aliquā in gradu primo cognouerit debet illud cōfiteri nec est idē de filia et matre in magnitudine peccati cū vna est in linea ascēdēti et alia in linea descendēti magnū est discrimē i gravitate peccati inter illa duo semper nude confitendo. ita q̄ casus non debet esse sacerdoti amphibologicus circunloquak pctā turpia et nō vtak termis turpibus et propter se et confessorem. ꝫ ponis q̄ q̄s ois peccati expers it ad confessionē an habebit gratiam penitētialem si non peccator erit meliozis cōditionis in habenda gr̄a q̄ nō peccator quod reputatur inconueniens cōtra positionē aliox de cōfessione venialiū. ℟espōdet difficulter datur aliquis sine venialib⁹ et habēs venialia hēbit gratiā penitētialē: ꝫ vbi homo confiterek se de pctis q̄rta feria et accederet quīta feria nullū peccatū veniale habēs qui dicit cōfiteor me natura pronum ad peccandū hoc est eiusdē speciei specialissime cum pctōibus nō est certū an cōferatur talī gratia si iste casus sit dabilis qui repugnātiā nō includit nō videk incōueniēs q̄ tali detur gratia penitētialis alioquī sicut argumētū tāgit bon⁹ erit pejozis cōditionis q̄ mal⁹ quo ad hoc ꝫ si quis tertio/quarto/quīto adeat sacerdotē an totalis pena diuak nō est explozatū cū i foro humano post sententiā diffinitiuā datā semel scōa sententia est inanis et inualida sic potest dici i ꝓposito. ꝫ ꝯ dicis cōfiteak quis habēs octo pctā quozū octaui oblit⁹ est nec ei occurrit de septē[illegible] dabitur gratia post meridiē cōmittat duo et occurrat ei octauū peccatū iā cōfitendo se in crastino de tribus habebit nouā gratiā penitentialē et iterū cū nouis pctis superueniētib⁹ cōfitēdo vnū de hiis et in penitētia sacramēto deleť pars bene debite: q̄ ps pene debite pctō pluries confesso delebik. hoc pōt robozari de illo qui habet cas⁹ reseruatos et omnia pctā cōfitetur suo proprio sacerdoti nesciēs an ille pōt ab omnib⁹ absoluere. videtur q̄ ille scōo cōfitēs bis acquirit sacramētū pñie. illud ꝫ de pe. d. j. mēsurā octo nō sunt. ℟espōdeo si q̄s voluerit propter has rationes pōt probabiliter cōcedere q̄ sacramētū penitētie semper hz suū effectū ex illo proꝺ est pluries cōfiteri nō ob verecūdiā solū quia hoc cōtingeret in laico: ꝫ pro sacramēto pñie habēdo et tali diminuetur tota pena inane est currere ad partes proportionales et dabik ei semp maloz et maloz gr̄a. illa positio inducit hoies ad pluries cōfitēduz secus est in sacramento eucharistie vbi verba semel ꝓlata transmutāt panē in corpus xp̄i i sacramento matrimonii ex vnica prolatione cū cōsensu est matrimoniū indelebile in vita istoꝝ et sic scōa prolatio et tertia est inanis nisi resuscitarenk et nō est idē i sententia humana cū post vnicā sentētiā nichil remanet iudicādū. secus est in sacramentis aq̄ pluries incipit esse baptism⁹ i eodē fonte sic de cōfirmatione et extrema vnctione. Si dicas aliq̄s repēte erit ita deuotus et i tāto merito sicut sctūs petr⁹. ℟espondeo nemo te ipedit ad hoc: ꝫ nullaten⁹ sequitur q̄ longū tempus beat⁹ petrus exercuit act⁹ heroicos et i gradu temperantie quox quilibet tātū valuit sicut tot⁹ tuus act⁹ etiā cū opere operato. Contra ista arguit̄ habeat sortes centū peccata mortalia q̄ cōmisit nō potest actualiter cogitare nisi de quinq̄ sicut supponitur q̄ aia non potest habere valde plures noticias actuales simt̄ tūc q̄ displicet de q̄nq̄ alia nō sunt: ḡ illa quīq̄ nō dimittunk ei. iuxta illud aug. Impiū est a deo dimediaz spare venīā postea q̄ displicet de aliis quīq̄ ista prima quīq̄ recedūt ḡ nunq̄ dimittunk ei peccata sua. Forte dicis et bene quando habet propositū recolligendi sua peccata et ea detestatur in generali hūs propositū recolligendi quodlibet i pticulare et ipm occurrens detestare q̄ est dei offensiuū esto q̄ nullū distincte ei offeratur tūc oia pctā cozā deo delētur imo oia forte erāt deleta per mensem añq̄ iuit ad cōfessionem et pena eterna cōmutata cozā deo in penā temporalē sed tenek pere mīi eccl̄ie de cōfitendo i tpe paschatis. Contra tūc falsum est dicere q̄ iste est in peccato mortali et nullus tenek confiteri nisi suum pctū mortale i quo est. Item req̄ritur pro quolibet mortali displicētia particularis quid aliud sonat contemere q̄ in partes minutas frangere. ℟espondetur argumentū dicit arguēdo sufficiēter per illā displicentiā gñalē peccata delentur et hoc si intēdat explorare quodlibet et cuiuslibet occurrentis caput allidere ad petrā ipm detestando alioquī homo manebit in mortali peccato toto tēpore quo est in recollectione suoꝝ pctōꝝ vsq̄ ad vltimū q̄ non est dicēdū. Et q̄ illud impugnas null⁹ tenek cōfiteri se nisi se de pctō mortali in quo est. Ponо ꝓclusiones.

Prima pcl.

¶ Prima est falsum est dicere q̄ null⁹ tenek confiteri suum peccatū nisi q̄ est in peccato imo aliq̄s q̄ in nullo mortali est tenek confiteri cētū pctā mortalia in quibus successiue erat.

Scda pcl.

¶ Secunda propositio sortes tenek cōfiteri cētū pctā mortalia tñ nūq̄ erat in centū pctis mortalibus. pbat̄ posito q̄ primo die hui⁹ anni peccasset/scōo die detestat⁹ fuisset illud mortale peccasset scōo et illud detestat⁹ fuisset añ tertiū pctm̄ et sic successiue de cētū nūq̄ duo sit̄ hūdo q̄n dr̄ sortes est in pctō ibi esse in nō capit̄ pro ꝑtie illa trāsitiua loco vni⁹ itrāsitiue capit̄ sortes est pctōr sicut cōcedim⁹ ego sū in debito tuo id est debitor tu⁹ vl̄ illa de actu exercito capit̄ loco vni⁹ de actu signato. Q̄n dicit de quolz req̄rit displicētia.



Ponо propositiones. Prīa est: quandocunq̄ mortale peccatum vnius ei occurrit tenetur detestari illud ante suasum est illud. Secunda propositio: non de quolibet mortali perpetrato requiritur distincta detestatio. probatur da oppositum sequitur q̄ est aliquis qui est extra statum salutis: patz. titius est tardo ingenio qui fecit diligentiam quam humana fragilitas sinit et ecḥuc octo peccata ab eo perpetrata ei non occurrerunt de illis non tenetur dolere distincte. Tertia propositio sortes qui peccauit de quolibet peccato mortali quod ei occurrit tenetur de quolibet distincte dolere: hoc patet tenetur recolligere se anteq̄ vadat ad confessionem sicut faceret pro re ardua que est multū cordi: ceteruz faciemus quandam digressiunculem facilem pro confitente qui tacitus dicat in corde cum psalmista. miserere mei deus: rugiebam a gemitu cordis mei: fuerunt michi lachrymе mee panes die ac nocte: et dicere cum filio prodigo: pater peccaui in celum et coram te: et cum publicano deus propitius esto michi peccatori. et cum Esaya: cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee: si peccato carnis deliquerit clemet cum psalmista: quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus et non est sanitas i carne mea: afflictus sum et que sequuntur. delicta iuuentutis mee et ignorantias. ꝛc. et ita proportionabiliter in aliis peccatis non desperet q̄ tuncunq̄ delinq̄t et quotienscunq̄ consideret dauiden/magdalenaz/latronem in fine vite sue sic certiorat⁹ pater misericordiarum nunq̄ claudit viscera misericordie cū clamet pulsate et aperietur vobis. cōfitemini domino q̄m bonus q̄m in seculum misericordia eius: deposita verecundia confidenter oīa peccata recitet non sinet se illudi a dyabolo vt per plures hystorias declarari potest q̄ aliquis in toto bene viuētes nisi in hoc vno peccato tandem damnati sunt et nimirum transgressores et illusores penitentie. penitet vlterius si centum luminibus cinctuz caput argus habebat deus oē possibile videt distinctissime res tua secreta manebit: multum mereris volendo parere deo et ecclesie in hoc actu difficili circa difficile est ars et scientia scōo ethicoꝝ. adeat doctum et bonum quia licet dyaletica inter triuiales dicatur ars artium hinc comparata difficultatem nec vtilitatē habet prestat habere hic vnum gradum contritionis q̄ cognoscere intensionē forme a non gradu vsq̄ ad aliquem certum gradum inclusiue vel exclusiue et quia peccata carnis ꝫ aliquib⁹ altis siue mīoris culpe maioris infamie sunt. hinc maioz est difficultas in confessione illorum peccatorum q̄m ceterorum prudens sit confessor consideret gersonē de paruulis trahendis ad christum q̄ q̄s forte iohānes gerson a suo ingenio illa que ibi continentur accepit tamen propter fetorē rei dicit se accepisse a quodam bono presbitero ipse erat bonus presbiter. tertio ethicozum de luxuria subticuit non exemplificans circa quas partes determinatas est dixit esse potissimum circa tactum. vide. iij. ethicoꝝ. x. nōne vides alexandrum puerozuz non nominauit pedo sed dixit qō turpe senat: caueat tamen confessor nimis īcaute ibi rimari cisternas satius est aliqua nescire q̄m scire eadem licet noticia inq̄ntum huiusmodi est bona tamen inq̄ntum est partialis causa peccati est mala habenti iuuenes petulantes et opipere viuentes in peccatis carnis sordescūt mercatores in fraude per commutationes et sic in aliis secundū qualitatem confitentis consideret confessor penitētiam salutarem morbo contrariam apponēdo est⁹ potti bullientis tripharіam extingūtur vt alias magis patebit tollendo fomentum a foco imponendo aquam frigidam vel pottum remouendo sic cōfessor a iuuene subtrahet excessum cibi et potus et pabulum vitii carnis ingerat ieiunium vigiliam auferat iuuenem a mala occasione peccandi auaro imponat elemosinā et sic in reliq̄s id gen⁹ sicut null⁹ medicus scit dare artem curandi omnem morbum ita nec theologus potest dare theoricam spiritualē sed sicut vltra regulas ypocratis et galieni opere precium est considerare linguam pulsum vrinam et huiusmodi sic confessor peccatorum sordes volutabit et quis erat impulsus ad peccandum et multa capiet per liguam et receptam particularem pensans circunstantiis conferet et licet sit penitenti non assueto perdifficile a principio subire iugum penitentie successu temporis equanimiter feret: hoc patet per comparationem nauis ad penitētiam cui homines solent hanc componere nauis est stricta in principio lata in medio et per tendentiam vlteriozem in acutum alium finem versus intellige difficultatem bene penitendi in extremis quando homo est vitaz in mortem commutaturus et sicut nauis clauditur inferius et aperitur celum versus sic faciat penitēs respectu celi et terrancozum futilium et sicut naui periclitanti succurritur eiiciēdo aliqua in nāui obstruendo rimas per quas aqua habet accessum et per hoc q̄ anchoza in solo figitur vel in mari que mitigat ventum secundum aristotelem in probleumatibus sic peccator eiiciat diuitias restituēdo male acquisita et possessa claudat foramina id est sensus exteriozes figat anchoram mentis et cogitatuz iactet in dīo et sic ad portum tranquillum tandē post magnos labozes perueniet: propterea rectior apparet michi illozum sententia q̄ in extremo iudicio peccata semel confessa et deleta non preponentur i medium. Jam arguitur probādo q̄ quis non tenetur confiteri se de quolibet peccato suo volo q̄ sortes eat ad confessionem postea ipso abeunte redeat dicens peccaui post vltimaz confessionem in hoc peccat tamen non tenetur ad cōfessionē igitur: q̄ i hoc peccat probo: dicit mendatium ergo peccat: antecedens probo: vel dicit verum vel falsum: si secundū mendacium: si primū ergo ita est sicut ipse dicit peccauit post vltimam confessionem. sed q̄ non tenetur confiteri probo sic. maxime esset pro mendatio sed hoc est falsum nullus dicens verum mendacium facit in eo q̄ verum dicit ille sortes est huiusmodi ergo non dicit mendacium. ℟espondetur admittendo casum et concedo q̄ sortes dicit men-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dacium aliquis dicens verum mentitur de hoc nō est dubium: si ego credo regem esse parisiū ⁊ dicam eum esse aurelianis ⁊ sit ita q̄ sit aurelianis ego mē tior ⁊ dico verum vnum p̄fero exterius assentiēs tamen oppositō. Secundo dico q̄ stat aliquem dicere verum ⁊ assentire illi vero et in hoc mentitur illud contingit quando illa propositio infert proferentem mentiri ⁊ nunq̄ in alijs ⁊ ex consequenti cōceditur q̄ ego mentior per vtrunq; contradictoriū sed si ego proferam hanc ego mentior cum hac homo est asinus non infert q̄ ego mentior per illā hic habendus est oculus ad circustantiam casus. Insuper arguitur probando q̄ ego non teneor confiteri omnia peccata mea meo proprio sacerdoti volo q̄ habeam decem peccata quorum duo sint reseruata episcopo vel eius penitentiario tūc ego licite cōfiteor octo peccata curato meo et reseruo alia duo reseruata superiori: ergo non requiritur confiteri omnia peccata mea proprio sacerdoti imo plurib⁹ Forte dicis teneor confiteri meo curato omnia si a liqua ei confitear aliquin esset confessio diuisa.

tuz qualibet est maius hac via cõcludã circulũ quẽ libet esse infinite cõtinẽtie qz ex eisdẽ lineis equalibus tetragonꝰ plus cõtinet q̃ trigonus z sexagonꝰ plus q̃ pentagonus z sic ascedendo p figuras poligonias ex multitudine angulorum ꝛsus circulũ augetur capacitas ex hijs nõ cõcluditur figura agona infinite capacitatis accipito analogiã in noticia dei que est finita entitas z tamẽ inter deũ z hanc formicam creabiles sunt infinite substãtie impfectiores deo z formica perfectiores inter illas substãtias nõ datur pfectissimarũ noticia loquor de noticia substantiaruz creatarũ z tñ qualibet earꝫ noticia dei est pfectior que non ꝓpterea est infinite pfecta et sicut illa ꝓña non tenet in rebus specie distictis sz hic est distinctio accidentaria sufficiẽs in discrimẽ pctorũ Insuper est difficile signare equalẽ excessum ifinitoꝫ i alijs rebus cõparabilibus ꝓña est bona vt nõ datur maxima quãtitas i hac multitudine demonstrando pedale bipedale tripedale quadrupedale z sic sine statu z quolibet istoꝫ a est maius ergo a est infinite magnũ. sic ꝓbabo q̃ dabis michi libũ tuũ in fine quattuor annoꝫ cũ vno scuto i fine primi anni defalcabis libã partiẽsez i secũdo tantum z sic cõsequẽter z sic dabis librum gratis cũ pecunia si proportionabiliter decrescat preciũ nõ nego quin deus potest ifligere iuste infinitã penã in gradu ꝓ quolibet peccato sz ex sua misericordia z lege posita hoc non facit. at dicis est magna pena infligere penã infinitã extensiue pro pctõ momẽtaneo. ad ħ respondit beatꝰ gregoriꝰ i moralibus super illo ꝛbo. iob. xli. Estimabit abissuz z allegat de pen. d. j. voluissent. peccatũ ppetuo manet cũ nõ dimittitur in hac via z sic pro perpetuo peccato infinita pena extensiue infligitur. rursus pro vno actu momẽtaneo inter homines hõ mittit in exiliũ perpetuo z si semper viueret ita maneret. sic dicit beatꝰ augustinus. xxj. de ciuitate dei. xj. octo gña penaruz ex tullio allegãs dãnum vincula carceres talionẽ ignominiam exiliũ mortem seruitutẽ nullũ eoꝝ nisi mors potest in ita breui tempore ifligi sicut peccatũ erat factũ vtraq; solutio est bona. ¶ Secundo argumẽtor ꝓ quolibet mortali peccato erit infinitꝰ cruciatus. Arguitur sic quelibet pars huius mortalis est peior hoc veniali dato vel sic cuiuslibet partis proportionalis pena huius mortalis est peior q̃ pena huius venialis. sed huius venialis pena est alicuiꝰ cruciatus ergo pena totalis huius mortalis est infiniti cruciatus siue in gradu siue non. parũ refert nitimur probare q̃ infinite crucietur. q̃ cõsequentia valeat patet i omni materia si a est aliculus quãtitatis z quelibet pars huiꝰ cõtinui est maior a iam cõtinuum est infinite magnũ. dico cõsequẽtiaz principalem nichil valere in rebus diuersarũ specierum hoc nõ tenet sicut nõ sequitur quelibet pars ꝓportionalis huius albedinis hac nigredine demonstrãdo nigredinẽ in pupilla oculi cui est pfectior et hec nigredo est alicuius pfectionis ergo totalis albedo est infinite perfecta. si dicas tunc eneruo vnã rationẽ in materia de ebrietate in infinitũ parũ aliq̃s istorum peccat z hoc peccatum quolibet aliorũ est minus ꝛẽ. non putabã illam rationẽ insolubilẽ sed casum vtcũq; munire cũ aliis rationibꝰ curauimꝰ. dicis tunc si in ifinitũ pua pena respondet alicui partihuius mortalis z quelibet pars peccati mortalis secundũ intensionẽ est peccatũ mortale pena peccati venialis erit equaliter intensa qõ incõuenit: nego ħ incõuenire sicut stat dare nigredinẽ in vngue ethiopis esse equaliter intensaz in gradu cũ albedine sui dentis sz nõ equaliter perfectã sz aiaduersione non indignũ est nõ quelibet pars pene huius in purgatorio plus cruciat q̃ pena huius viatoris puta colica passio patet in infinituz parua est aliqua pars huius pene purgatorii sufficit q̃ totalis pena purgatorii istã colicã passionem in acerbitate exuperat nec oportet de totali si vnꝰ pbiter diceret ꝓ centum sit quolibet die vnã missaz ꝓ eis omnibꝰ z cuilibet sufficeret vna missa pena totalis istoruz ante finẽ multum remittetur. ¶ Exisio pz stat dare penã debitam furto simplici esse equalez in gradu cũ pena alicuiꝰ odii dei. pz. cum vna parua parte odii z etiaz in cruciatu et in acerbitate alioquin totalis pena odii erit infinite acerbitatis: sed dicis differũt in specie. ꝓpterea non sunt cõparabiles. Respõdet stilus et acetũ cõparant in perfectionẽ entitatiua nõ tamen in acutie. quo fit stat aliquẽ discedentẽ in mortali et veniali puniri equaliter in gradu cum duobꝰ mortalibus. ¶ Tertio argumentor alicui peccato fin legem statutam respondet ifinita pena intensiue sz illa nõ infligetur: igitur. assumptuz patet. odiat deũ sortes ꝓ tẽpore quo tenet euz diligere z plato omittat tunc sic peccato platonis respondet aliqua pena i inferno z est alicuius malicie i infinitum peius est peccatum sortis. quod pz. sit suum odium intensum vt quattuor ponantur infiniti ad imaginationẽ quoꝫ quilibet odiat deũ sortes vt quattuor cicero vt duo petrus vt vnũ z sic in abissũ geometrice tũc sic quodlibet istoꝫ odiozuz est peius omissione platonis sortes peccat vno peccato oia hec includẽte igitur vel non est opus ponere infinitatẽ hominum sed sic ducatur argumẽtum quelibet pars proportionalis huius odii est peius q̃ hec omissio qz eam includit z aliquid aliud z omissio est alicuius certe malicie ergo hoc odium est infinite malicie q̃ sit alia qua pura omissio alibi ostensum est. ¶ Ad ħ argumentum respõdetur negãdo assumptũ z nego q̃ q̃libet pars illius cõmissionis sit peioz hac omissione segregando omissionẽ imbibitã i cõmissione sz quilibet illoꝫ cõmittẽs ꝓ odium dei grauius peccat q̃ omittens sz hoc non solũ ortũ habet a cõmissiõe cũ quilibet odiens omittit hic põt esse replica omissio naturaliter inuoluitur i commissione ergo nõ imputatur. cõsequentia patet nõ alias dicimꝰ cõtinuationem naturalem actus mali elicitii in instãti non esse imputabilem. Respondeo si hoc probare niteris argumentum principale attenuas si omissio culpabilis non inuoluatur in quolibet actu odiendi non habebis quãlibet partem illius odii peiorem hac omissione.



¶ Distinctionis quadragesime sexte questio q̃rta.

Quarto circa hãc materiã ꝓbare enitemur aliq̃d petitũ eẽ infinite paruitatis imo de omissione nunc actu: patet: nullus tenetur diligere deum vno gradu dilectionis nec duobus: ergo omittens infinite modicum peccat: consequentia clarere videtur et patet per simile: precipiat deus sorti diligere eum quattuor gradibus dilectionis et platoni quattuor et vltra et omittat vterq; tunc sic: plato plus peccat q̃ sortes et plus punietur in inferno pro suo peccato q̃ sortes et non diuisibiliter: quod patet: sit ita q̃ sortes puniatur quattuor gradibus pene tunc quero de gradibus pene platonis. Si dicas quinq; gradibus punitur vel quattuor cum semis: ergo cicero potest puniri plꝰ q̃ sortes et minus q̃ plato cum est excessus diuisibilis sed hoc non quia tunc deus non punit peccatores proportionabiliter ad eorum peccata palam est q̃ deuinctus deum diligere intensius et omittẽs plus peccat q̃ deuinctus diligere eum remisse sed cum nunc in nullo gradu dilectionis viatoz tenetur diligere deum omittens eum diligere infinite parum peccat. Respondetur concedendo q̃ viatoz ad plus obligatus omittens magis peccat q̃ alius ceteris paribus sed pondus solutionis in hoc michi latitare videtur: licet in nullo gradu homo tenetur diligere deum tamen omissio illa est alicuius certe malicie secundum q̃ deo placet et pena est alicuius certe intentionis licet nos fugiat: sicut secũdum eos tenentes facta in ebrietate imputabilia et sic occidẽs ex ebrietate veniali forte venialiter peccat: sed secundum q̃ peccatum veniale venanduz est non sufficit ire ad veniale ebrianti: similiter scimus vndam nonam vel decimam maris ceteris esse maiorem licet causa nos fugiat. Quo fit hoc argumentum est nullum homo in nullo gradu tenetur diligere deum: ergo illam dilectionem omittẽs in nullo determinato gradu malicie peccat. ex hoc potest argumentum elui de platone: licet deus i nullo gradu vltra quattuor precipiat diligere tamẽ habet certam penam et determinatam qua eum punit si transgrediatur vt diximus iam de dilectione dei et eius omissione et sic forte punitur plato quattuor gradibus pene et semis et tunc deuinctus diligere vt quattuor cum dimidio omittens pro illa omissione forte quinq; gradibus punitur. Arguitur paucis rationibus q̃ aliqua forma aliaz imparitibiliter excedit: ergo hic non inconuenit in penis z peccatis. assumptum patet de duabus latitudinibus: sit a latitudo vniformis vt octo in calore vel albedine per totum b latitudo vniformiter difformis a non gradu terminata in octo in extremo intensioze iam arguitur sic: b forma terminatur in octo exclusiue: ergo non habet albedinem vt octo sz quamlibet citra octo a corpus habet albedinem vt octo: ergo a exuperat b indiuisibiliter: quia si diuisibiliter sit medius gradus vel quarta pars gradus patet q̃ non cum quilibet gradus citra octo est in b forma. Forte dicis b non terminatur in octo exclusiue sed inclusiue. Contra tunc redibit q̃ euitare intendis q̃ dabitur aliqua albedo in subiecto indiuisibiliter diuidamus partes proportionales in b et suo subiecto intentionem forme versus in nulla parte proportionali b est albedo vt octo i aliquo puncto intrinseco subiecti b forme quia si sic vel nõ esset vniformiter difformis vel ibi esset albedo supra octo cum post illud punctum vel partem proportionalem esset albedo supra octo si erit ibi albedo vt octo dabitur longitudo sine latitudine.

Insuper signetur vnum medium vniformiter difformiter in resistendo paludosum a non gradu terminatum in quattuor et ponatur vnum mobile actiuitatis vt quattuor incipiens a non gradu resistentie iam quodlibet punctum intrinsecum illius medii illud mobile pertransibit et non mouebitur continuo: ergo tandem erit quies et non nisi in latitudine vt ita loquar impartibili: quod patet cum ante punctum terminatiuum totius non est resistentia vt quattuor: ergo ante non stabit si ad illud deueniat erit actio a proportione equalitatis contra philosophum septimo phisicorum et rationem. Respõdetur cõcedo q̃ latitudo vniformiter difformis terminatur in aliquo gradu exclusiue et transeat q̃ a forma excedit b sed non per aliquam formam impartibilem ymo per latitudinem diuisibilem quia per totam a formam sicut tota linea pertransita ab hoc mobili a est maioz linea pertransita a b mobili et eam excedit excessu diuisibili si vniformiter mouebantur per horam preteritam et iam a sit et non b potest etiam dici non minus apparẽter q̃ ille due forme sunt pares in intensione hoc est equalem intẽsionẽ habent licet vnum subiectum denominetur album vt octo et aliud vt quattuor secundum communiorem modum dicendi cum latitudo vniformiter difformis respondit gradui medio illius latitudinis si dicatur q̃ vnum subiectum denominetur a gradu de octo qui est remississimus qui non est in hoc subiecto in idem redit. Si dicas ponatur subiectum b forme bipedale vniformiter difformiter album et capiatur medium punctum inter illas duas pedalitates querendo an in illo est albedo vt quattuor vel citra illud non gradum versus vel vltra quocunq; illorum dato: eodemmodo dicere habebas albedinem vt octo esse in illo subiecto. Insuper si addatur alia albedo vniformiter difformis ad b oppositio modo sic scz q̃ gradus intensioz addatur non gradum versus et non gradus supra extremum intensius iam totum erit album vt octo z nichil additur prope non gradum: ergo prius erat albedo vt octo in illo subiecto. Nisi q̃ in puncto medio nulla est albedo cum ipsa non inheret puncto non est albedo punctalis sed ante punctum medium est quilibet gradus albedinis citra quattuor et vltra illud punctum albedo vltra quattuor.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ad secundum dico consequentia est nulla.
Ad aliud argumentum dico q̄ si illud mobile medium et resistentia conseruentur vniformiter sicut a principio continuo mouebitur illud mobile et q̄libet punctum intrinsecum illius medii pertransibit et infinita tarditate quia semper finem versus maioz erit resistentia: et per consequens tardioz descensus. ¶Tertio argumentoz ponendo duos sortem et platonem qui per horam preteritam sic meriti sunt q̄ quantum sit meritum sortis in fine prime partis proportionalis tantum sit meritum platonis in fine secunde partis proportionalis et quantum fuit meritum sortis in fine secunde partis proportionalis tantum fuit meritum platonis in fine tertie partis proportionalis ꝛ sic consequenter per omnes partes proportionales vnius hore: sit a instans terminatiuum huius hore preterite i quo nos sumus et ponatur q̄ sortes et plato equaliter meriti sunt ante principium hore preterite discedāt ambo sortes et plato post hoc instans sine vlteriore merito iam argumentoz sic: meritum sortis est maius merito platonis et non per aliquem excessum diuisibilem: igitur. q̄ sortes plus meruit q̄ plato: patet. in q̄libet instanti intrinseco hore preterite sortes erat i maiori merito q̄ plato et sil'r dicēdū est i qualibet parte proportionali illius hore: ergo per totam illam horam: q̄ si concedas contra: q̄cunq; meritum sortes acquisiuit in fine partis proportionalis precedentis plato ex ypothesi acquisiuit vel equale in fine partis proportionalis sequentis et nō datur vltima pars proportionalis hore: ergo sortes non acquisiuit plus meriti q̄ plato et argumentum potest applicari contra conclusionem principalem a principio q̄ inequaliter merentes equaliter premiabuntur in eodem foro sicut multa istorum argumentoz possunt mutari sub aliis et aliis terminis ad varias materias. ¶Respondetur q̄ sortes et plato nunc in a instanti habent equalia merita: et concedo q̄ in q̄libet instanti intrinseco hore preterite sortes erat in maiori merito q̄ plato similiter in qualibet parte proportionali hore preterite sed non sequitur q̄ ita sit in hoc instanti exemplum in achille zenonico si vnus mobile pertranseat primā partem proportionalem ante aliud sic q̄ a sit in fine secunde partis proportionalis b erit in fine prime et quando a erit in fine tertie b erit in fine secunde partis proportionalis huius spacii et ita mouendo per omnes partes proportionales continui per vnam horam continuo: iam in q̄libet instanti intrinseco vnius hore a erit ante b ꝛ sic in qualibet parte proportionali et tamen in instanti termt nante horam erunt ambo eque cito extra spacium b mouetur velocius circa finem hore q̄ a / cum a p totam primam partem proportionalem hore pertransiuit primam medietatem spacii b q̄ subduplu tempus pertransiuit tantum spacium lineale medio quiescente et concedo q̄ in a instanti terminā te horam sortes est in maiori merito q̄ plato erat similiter in a instanti plato est in maiori merito q̄ sortes erat si non curramus ad tempus vmbraticum tempus inadequatum. ¶Potes dari alia analogia q̄ non inconuenit aliquid semper precedere aliud in motu merito vel similibus et equaliter esse in fine de partibus equinoctialis et zodiaci in materia de ortu signorum vel de duabus vmbris: sint due vmbre a et b causate a duobus corporibus opacis et corpora lucida que has vmbras causant ascendant vniformiter ad zenith corporum opacorum: sit vna hora: verbi causa in instanti terminante horam vtrūq; corpus lucidum erit in zenith corporis opaci et cum hoc ponatur q̄ vnum corpus opacus diminuatur continuo ad paruam quantitatem scilicet c d manente vniformiter: iam a vmbra in paruitate continuo exuperauit b vmbram: et tamen in eodem instanti vtraq; vmbra erit eque cito extincta et pone si libet sortem et platonem continuo eq̄liter motos in vmbris secundum q̄ decrescūt et p portionabiliter merentes. At dicis: ascens⁹ corporum lucidorum ad zenith corporum opacorum eq̄ vmbras diminuunt quantum est ex parte illorum et sunt agentia naturalia et cum hoc diminutio corporis opaci diminuit vmbram: ergo vna vmbra citius euanescit q̄ alia. alioquin non semper maiorata causa maiorabitur effectus: non iuuat dicere ascensus corporis opaci prope zenith non tantum diminuet sicut quando multum distat idem est ex parte ascensus corporum lucidorum. Dicitur concedendo q̄ non semper maiorata causa maiorabitur effectus.

## ¶Distinctionis quadragesime sexte q̄stio quinta.

OBicitur quinto contra principale sic dabile est aliquod peccatum pro quo deus non potest infligere penam: quod patet: est aliqua pena ita parua q̄ non potest immutare volūtatem sine ope alterius pene ostenditur hoc per minimum naturale secundum extensionem non visus est vnq̄ elephas vel equus ita paruus sicut culex vel formica et hoc nō nisi quia repugnat forme elephanti informare ita paruam materiam seorsum sicut est formica: igitur. ¶Forte dicis datur minimum secundum extensionem et non secundum intentionem. contra per te datur minimus calor secundum extensionem qui subito producitur signetur et sit a per te a subito producitur: sic in hoc instanti vel calor est alicuius intensionis certe vt vnum vel duo ergo datur minimum secundum intensionem si detur secundum extensionem quia si non detur minimum secundum intensionez quare producitur gradus vnus cū medietas illius gradus sufficit si duo gradus producantur subito quare non solum vn⁹ gradus producitur in instanti cum non detur minimū naturale caloris vel alteri⁹ q̄litatis secundū i



tentionem per te ꝛ quare non producitur vnus gradus in quolibet instanti sequenti sicut vnus gradus supra partem gradus sufficientis ad extensionem minimi naturalis: hic dicit gregorius de ari. in decima septima distinctione primi non datur remississima forma bene tamen minimū naturale secundum extensionez vel maximum q̄ non citius dicit. primum probat per lumen q̄ producitur per corpus luminosum non datur remississimum lumē illius corporis ymo in infinitum remissum est lumē illius corporis. contra illud lumen non est extra sum totum: ergo nichil est illud dictu. dicis licet cōtinuatur aliis partibus prioribus non tamen in subiecto adequato contra propterea non debes concludere propositum sed istud prouenit quia corpus luminosum a remotis producit remissius lumen q̄ a propinquis et si maneret in illo situ corpus luminosum nunq̄ amplius produceret sed de caloze p ducto prope corpus calefactiuum quare illud conuenit et cum successiue producit quare produxit duos gradus secundum intensionem vel vnum prope agens si non detur minimum secundum intentionē vnuz est rationabile q̄ tenet commentatoz in quo beatus thomas et gregorius conueniunt q̄ detur minimum naturale secundum extensionem apparet q̄ eodemmodo debet dici secundum intensionem. ¶Rursus non valet q̄ gregorius dicit rationabilius est dare maximum q̄ nō potest per se existere quia illud non potest per se existere vt constat intelligenti terminos et sit maximū q̄ non ignis gratia exempli pedale illud non producitur subito sine addito naturaliter non potest esse seorsum quare comproducitur octaua pars pedis vltra vel septima vel alia pars in instanti si vna octaua pars pedis producitur cum illa pedalitate in instanti iam quare producitur vna sextadecima pars pedis puta medietas illius excessus in illo instanti citius q̄ alia tanta pars in instanti sequenti: propterea non est satius dare maximum quod non sicut putat gregorius id sine proteruia defendi nequit sed cum cōmentatoze eundum est vel negandum est minimuz naturale. si ponas illud produci in hoc instanti queris an producetur equalis forma remote ab agente et propinque si terminetur ad non gradum queritur quare citius denominabitur forma tota vt vnū q̄ vt duo vel econuerso vel an producetur caloz equaliter intensus in partibus propinquis et remotis. ex hoc non probatur q̄ datur remississimus actus intellectus vel volūtatis sed opus est inniti specialibus mediis cum multum intereat inter actus anime intellectiue et accidentia extensa et arguitur sic: datur maximus actus quem anima potest habere sine habitu cum influentia dei generali: ergo minimus tenet ꝓportionem quare citius debet esse status in vno extremo q̄ in alio et cum natura omnium constantium est status certus crementi et decrementi: dicis propositio philosophi intelligitur in rebus extensis in actibus anime est status in summo alioq̄n anima esset infinite capacitatis actiue si concurrere potest ad comproductionem cuiuslibet intensi actus possibilis cum auxilio dei generali sine alia ope hoc non requiritur ad habendos actus remissos experimur facilius esse habere actum remissuz q̄ intensum et hic nullam experientiam possumus habere sicut in aliis rebus extensis vt superius diximus de elephante vel equo non occurrit michi ratio ad ponendum minimum secundum intensionem in anima vel in angelo. Quo fit anima potest pure partibiliter elicere suum actum intendendo vel remittendo et sic negatur assumptum argumēti et si daretur minimum secundum intentionem sine ope speciali diuina. dico q̄ de⁹ potest anime suffragari q̄ quamlibet penam quantuncunq; pusillā in gradu habeat non est necesse dicere q̄ erit vna pua pena causata totaliter a deo sicut aliqui existimant illud minus rationabile ostendemus inferius in materia de beatitudine hic multas rationes difficiles circa hanc materiam possum exaggerare quas in aliis libris in quibus suum locum habent tangimus vt puta ego volo esse peior te et tu similem volitionem habes de illo qui actum elicit in instanti et continuat vel intendit per tempus sequēs et ita de talibus quas nunc missas facio perinde q̄ ad alia festino

## ¶Distinctiōis quadragesime septie questio p̄ma.

HIc magister in quadragesima septima distinctione loquitur de generali iudicio et de noticia que fiet in illo et quomodo mūdus est purgandus per ignem. ¶Circa istam distinctionem quadragesimam septimaz quero aliquas questiones: primo quero: an in generali iudicio erit disputatio vocalis. questio hec vnum supponit et aliud querit supponit generale iudicium futurum et querit an erit disputatio vocalis: propterea respondetur ad vtrunq; conclusiue. ¶Prima conclusio: generale iudicium est futurum. ¶Secunda cōclusio: probabile est q̄ aliquid vocale erit in iudicio ¶Tertia conclusio: multa mentaliter fient in illo iudicio. ¶Prima conclusio est certa iohannis quinto: procedent hii qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii: et beatus augustinus vicesimo de ciuitate dei capitulo primo tenet omnis ecclesia dei christum de celo esse venturum ad viuos et mortuos iudicandos. Secunda conclusio patet per litteram mathei vicesimo quinto. ¶Insuper deus iudicabit vt deus et homo: ergo iudicium eius non solum fiet diuino modo sed etiam humano hoc est vocaliter. ¶Item sicut nunc in sententia particulari fit sententia mentalis circa animas pure spirituales a corporibus exutas: ita debz esse parti spūalis parti corporalis contra animas corporibus reassumptis

Universidad de Deusto
Biblioteca



Item gregorius vicesimo sexto moralium dicit de reprobis q̄ illi verba iudicis audient qui eius fidez saltez verbo tenuerunt sed hoc non commode intelligitur de verbo mentali igitur. ¶Tertia conclusio patet vicesimo de ciuitate capitulo vicesimo q̄r to: simul omnes et singuli iudicabuntur: sed si cum quolibet esset particularis disceptatio requireretur magna temporis intercapedo ad iudicandum: modo vigesimo de ciuitate capitulo vicesimo sexto deus conscientias reprobozum conuincet sine vlla sermonis prolixitate. et sapientie quarto: dirūpet illos inflatos sine voce romanozum secundo. testimonium reddente illis conscientia eozum z inter seinuicem cogitationum accusātium in die quā do iudicabit dñs occulta hominum. ¶Contra primam conclusionem arguitur iohannis duodecimo nunc iudicium est mundi: ergo non est futurum. et naum primo: non iudicabit bis deus in idipsum. Ad primum dicitur q̄ illud intelligitur de iudicio qō fecit christus quando per suam mortem iuste liberauit genus humanum de seruitute dyaboli: sic exponit augustinus omelia quinquagesima secunda super iohānem qō probat ex sequenti littera cū dicitur nunc princeps huius mundi eiicietur foras Secundum intelligitur q̄ non puniet idem peccatum duplici pena sed vnica ei respondente. ¶Cōtra tertiam conclusionem argumēto: : vel quilibet omnia sua peccata preterita cognoscet vel aliq̄ sic et aliqua non: si sic cum multa dātur obliuioni hoc non erit naturaliter. dicis deus iuuat memoriam contra saltez non poterit habere tot peccata simul presentia propter finitatem actiuam anime que ad illos actus concurrit et hoc saltem erit difficile respectu omnium peccatozum aliozum a peccante. Insuper peccata deleta in confessione non ostenderentur quia sic multi de peccatis occultis verecundarentur. Ad primum transeat q̄ quilibet omnia sua peccata cognoscat deus potest supplere actiuitatem anime: q̄ omnia cognoscat et omnia aliena probabile est q̄ si anima sue nature relinquatur potest cognoscere secreta cordis alterius et aliquorū peccatorum potest habere noticiam distinctam et deus potest supplere actiuitatem anime q̄ infinita cognoscat sortes non plus facit ferēdo mille libras cum mille hominibus membrosis q̄ ferendo vnā libram sine ope alterius sed non est opus q̄ quilibz cognoscat in particulari cuiuslibet omnia peccata: sufficit in generali q̄ cognoscet per separationem bedozum a sinistris et ouium a dextris: secus est de peccatis propriis. Ad aliud probabile videtur qō peccata confessa non innotescent aliis.

¶Dubitatur an solue christus iudicabit propter aliquas auctozitates opus est ponere varias acceptiones iudicis iohannis quinto dicitur: pater omne iudicium dedit filio: et mathei decimo nono dicitur de apostolis q̄ erunt iudices duodecim trib⁹ israel. et iob tricesimo sexto: iudicium pauperibus tribuit propter ista et similia dicitur multipharian potest iudicium alicui conuenire scilicet ordinaria potestate et sic iudicabit tota trinitas ex delegata potestate et sic iudicabit dñs inquantum homo. Quo fit licet deus iudicabit in natura humana non tamen iudicabit secundum naturam humanam: vl accessoria dignitate et sic perfecti iudicabunt nō vt consulant sed assistent propter eozum honorem vel comparatione et sic minus mali iudicabunt magis malos secundum illud luce vndecimo: viri niniuite surgēt in iudicio cum generatione hac et condēnabunt eam. Dices ex his sequitur q̄ damnati videbunt corpus christi in gloria z sic habebunt delectationem conceditur antecedens sicut ascendit in gloria: sic in glorioso corpore apparebit actuum primo: hic iesus qui assumptus est a vobis in celuz sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in celum: secundum illud luce vicesimo primo: videbunt filium hominis venientem in nubibus cuz potestate magna et maiestate: non debet esse vilioris conditionis in aspectu q̄ iudicandi modo sed predestinati habebunt corpora gloriosa sed consequentia est nulla sicut gloria amici est delectabilis ita illius qui eum odit est tristabilis: nec sequitur q̄ habebunt beatitudinem: quia illa est in visiōe dei quā non habent. hic paululum respira ponderans verbum: ite maledicti in ignem eternum: non dictum ē per tres annos/nec per quattuor annos/nec millionem annozum tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos: horrendum est incidere in manus dei viuētis ad hebreos decimo: et duo decimo eiusdez: non inuenit penitentie locum q̄q̄ cum lachrymis inquisiuisset eam cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum z ab ira agni apocalipsis sexto. Hic potest fieri argumentum preuideri puniri vno die est penale puniri duobus diebus penalius tertio penalius adhuc et sine statu sic dies addendo ergo infinite tristabitur reprobus videns se puniendum per infinita secula Dicis non habet distinctos actus super singulos dies latos et non est ita penale respicere ad totale tēpus simul saltem sequitur q̄ quo ad hoc discedēs cum vno paruo mortali qō cōtingit frequenter delege tantum punietur sicut iudas nero vel machometus. Respondetur non sequitur videt se puniendum mitiori pena qui preuidet se habiturum morcolicam passionem per tres dies magis turbatur q̄ ille qui videt se laboraturum lenta febriculavno mense magnam misericordiam deus facit damnatis: alioquin cum paruo mortali discedens potest sibi relictus seipsum cruciare per modum insanientis sicut videmus idem morbus in acrimonia virū impacientem plus exagitat q̄ pacientem deus non concurrit cum illo qui cum vno mortali paruo discedit ad inquietem maiorem plus q̄ culpa meretur fateor quelibet pena inferni est dolorosa sed deus magnam misericordiam eis facit.



¶Distinctionis quadragesime septie questio scōa

Secundo circa hanc distinctionem quadragesimam septimam quero an ignis conflagrationis erit eiusdem cum igne presenti: sicut in questione precedēti quo ad suppositum et quo ad quesitum conclusiue respondebitur. ¶Prima conclusio: mundus purgabitur per ignem conflagrationis. ¶Secunda conclusio: ille ignis erit eiusdem speciei specialissime cum hoc igne quez habemus. ¶Prior conclusio patet prime corinthiozuz septimo: preterit figura huius mundi vbi glosa pulchritudo huius mundi mundanozum ignium conflagratione peribit. idem vicesimo de ciuitate dei capitulo. xvj. et glosa super illud secunde petri tertio. et secunde petri vltimo. elementa ignis ardore tabescent. et congruentia est ad hoc secundo physicozum. nos sumus quodammodo finis omnium: ergo homine innouato post generalem resurrectionem congruit munduz innouari et purgari qō maxime fit per ignem: apocalipsis vicesimo primo: vidi celum nouum et terram nouam. videmus insuper nunc post aliqua peccata locum ante consecrationem esse vetitum quousq̄ purgetur: sic decens est q̄ locus peccatozum purgetur. Secunda conclusio probatur super illo verbo geneseos primo: requieuit deus die septimo ab omni opere qō patrarat: secūdum multos sic exponitur: cessauit a creatione nouarum specierum in rebus: dicis multa sunt individua in mundo quibus nulla fuerunt similia in specie specialissima: patet tu potes habere vnam noticiam de sorte hac formica et hac arena copulatim et forte nullum tale individuum precessit. idem potes facere capiēdo plura obiecta disiunctiue vel cōditionaliter. ¶Secundo arguitur ad idem: aqua que purgauit mundum erat eiusdem speciei cuz vera aqua: ergo ignis cum igne. insuper gratis ē multiplicare ignem alterius speciei vel aliud calefactiuum ab igne. ¶Contra priozem conclusionem argumentoz: : vel ignis precedet iudicium vel erit tempore iudicii vel sequetur iudicium non vltimum secundum illud psalm̄. ignis autem ante euz precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius non duo prima tunc comburet viuentes. Respondetur q̄ precedet secundum illud allegatum et stabit tempore iudicii nec ledentur electi qui stabunt in parte aeris super ignem sicut dicit beatus augustinus secundo de ciuitate dei capitulo decimo octauo. possumus inquit dicere electos futuros esse in superioribus partibus quo ita non ascendet flāma illius incendii quemadmodum nec vnda diluuii et illud de eis intelligitur qui mortui sunt et nichil purgabile habent de viuentibus possunt mori ab igne pro eozum pena purgatozii si debitozes pene sint et magis vel minus puniri secundum eozuz demerita quia ignis ille est instrumentum diuine iusticie si nichil purgandum habeant possunt homines mori in illo igne sine dolore magno sicut deus conseruare potest hominem in igne perpetuo absq̄ hoc q̄ ignis in eum agat videtur q̄ mali cruciabuntur in illo igne et tandem eos inuoluet in fauces inferni. ¶Secundo arguitur: vel deus creat nouum ignem et tunc necesse est alia corpora condensari extra eozum naturalem ordinem vel plura corpora esse in eodē loco qō natura abhorret si corrumpat partem aeris in ignem idem sequitur incōueniens cum ex vno pugillo aeris fiunt decē ignis. Respondetur de condensatione et rarefactione necesse est si aliquid condensetur aliquid rarefieri et econuerso nunc naturaliter loquendo tamen deus potest facere oppositum potest corrumpere magnā partem aeris vel terre proportionabiliter ad magnitudinem ignis creati.

¶Distinctionis quadragesime octaue q̄stio vnica.

Circa quadragesimam octauam distinctionem de qualitate luminarium capite quinto loquitur magister circa hoc quero an celi cessabunt a motu post diem iudicii: responsio affirmatiua q̄ sic ratione naturali hoc probari nō potest apocalipsis decimo habetur angelus iurauit q̄ viuentem in secula seculozum q̄ tempus non erit amplius capit hanc diceret ille qui tenet celum esse tempus tempus non erit tempus post diem iudicii hoc celum erit post diem iudicii hoc celum est vel erit tempus: ergo tempus erit post diez iudicii secundum aliam positionem tempus non erit post diem iudicii ad hanc conclusionem adducitur abachuc decimo quarto. et erit dies vna que nota est domino non dies neq̄ nox et in tempore vesperi erit lux: potest adduci glosa marginalis esaye sexagesimo: si sol circundaret terram tunc illuminaret damnatos qō est inconueniens: hec glosa est ysidori non penitus ridenda si damnati punirentur ex altera parte terre et essent nobis antipodes esset apparentia in ratione sed hoc est falsum propterea ratio non est ponderanda. preterea tunc non erunt generationes et corruptiones: ergo inanis esset circulatio solis cum secundum aristotelem secundo de generatione: sol in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis: licet tamen non absonum esset dicere q̄ licet sol nunc in obliquo circulo sit causa generationum et corruptionum tunc tamen non habebit illam actiuitatem: nec valet dicere celū est omnibus inferioribus perfectius vel nos homines sumus finis extrinsecus secunduz illud aristotelis secundo physicozum nos sumus quodammodo finis omnium celum non est animatum omne animatum quolibet illo qō non est animam includens deum vel angelum est perfectius propter nichil aliud ordinatur motus celi: q̄ celum potest quiescere nō est dubium fideli: sed arguitur ad aristotelem celuz mouetur ab agente libero et nullatenus ab egente naturali: ergo ei⁹ motoz mouere potest desinere cō sequutio liquet nudatur antecedens si celum mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



uetur vel mutatur in instanti consequēs experimur esse falsum istam conditionalem probo: mobile positum in vacuo mouetur in instanti quarto physicorum et causa est: quia ibi nulla est resistentia extrinseca nec intrinseca resistens cum in celi motu nulla est resistentia nec motus celi est innaturalis circuitio et rotatio est apta sphere. Forte dicis celum habet resistentiam cum hoc q̄ vn⁹ orbis mouetur ab oriente occidentem versus super polos mundi idē celum eodem tempore mouetur ab occidente oriētem versus super polos obliqui circuli. contra capto primo mobili q̄d habet vnuz motum in illo curit deductio. et si dicas celorum inferiorum contranitentia impedit primum mobile contra isti motus super varios polos non contrariantur: ergo non est contranitentia quecunq̄. Dixi circuire non est celo innaturale ob auicennam qui nono methaphisice asserit motum celi esse naturalem ab oriente ad occidentem quia tunc violente ab occidente ad orientem moueretur: sed hec ratio non est magni ponderis bene concluderet de his que mouentur motu recto motus vni spere conueniens a naturali philosopho debet dici naturalis ab a ad b et contra. Ex ista conclusione sequitur post diem iudicii non erit motus in epiciclo nec erit motus octaue sphere describitur in duobus paruis circulis in principio arietis et libre et quando principium arietis ascēdit caput libre descendit et econuerso. Secundo sequitur non semper dies est quando sol est super terraz patet quando non est eius latio et eodemmodo nō omnis existens in vmbra terre habet noctem: patz si non sit dies post diez iudicii: ergo pari ratione neq̄ nox. Item si post diem iudicii sit nox erit post diem iudicii tempus. Tertio sequitur: tunc luna non erit gironaga nec custos arimantidos vse tingetur occeano nec elice nec cinosura arcton circuibūt Quarto seq̄t non iunat currere ad augē et oppositū augis reddendo causā quare plaga terre est habitabilis inter tropicum cancri et circulum articum et non ea que est inter tropicum capricornii et circulum antarticum ista corrolaria de se elucescunt.

Sed contra istud argumentor: solem diutius stare super vnum orizontem non arguit non esse diez: patet de longissimo die artificiali qui erat viginti q̄tuor horarum vbi sol stetit ad preces iosue/iosue decimo. simile patet in casu ezechie quarti regum vicesimo: et prope polum articum homines habēt diem artificialem duobus mensibus et trimestrem diem habent et medium annum: ergo longa mora solis in orizonte non prepedit denominationem diei nec eius quies. patet in casu iosue. Preterea beati perpetuo stabunt in requie: ergo vno anno et vno die non est possibile durare per totum quin duretur per partem. Insuper multe cogitationes beatoruz et damnatorum erunt volubiles: ergo tunc erit tēpus talia mensurans. Respondetur solem circumferri requiritur ad tempus vel esse natum in potentia propinqua moueri in gyrum q̄d cōtingit in diebus iosue post diem iudicii nunq̄ amplius mouebitur et hoc voco natum girari in potentia propinqua vna reuolutio solis nunc circa terram cum tanta parte quantum sol pertransit contra motum firmamēti nobis metitur nunc tempus cum quiescat sol amplius nichil metitur tempora nee. Ad aliud si perpetuo intelligatur perhenni tempore negatur sed perpetuo sine fine conceditur. Ad aliud de cogitationibus et earum cremento et decremento conceditur et sic concluditur potest capi aliqua mensura alia a sole sicut est michi diale vel horale ex casu arene cognosco horam vel ex latere scripto sed tempus cōmune sol non amplius mensurabit de illo tempore intelligim⁹: si dicas solē non retrocessisse vt ezechie regis hoc est vnum cōmentum mere gratis dictuz

¶ Secundo argumentor: celi desinunt moueri vel in illo aspectu quo creati sunt vel in aliquo alio neutrum dici potest quia detur ratio. Rursus tuncvna pars terre excessiue calefiet illa que est soli et planetis calefactiuis subiecta et reliqua nimis frigefiet et sic vna pars terre desiccabitur et erit cauernosa vt pueri in lymbo exire possunt et videre: alia pars condensabitur hoc est absonum igitur. Item genesis octauo: cunctis diebus terre estas et hyems nox et dies non requiescent. Ad primum dicitur q̄ non quiescent in illo aspectu quo creati sunt et hoc supposito q̄ mundus non duret triginta sex mille annos vt est verisimile sed hoc soli deo est cognitum an in martio creabatur vel septembri dictum est in duodecima distinctione secundi. Ad secundum argumentum nunc illud non concludit de aliquibus partibus remotis a via solis prope articum et antarticum verosimile est q̄ nulla mixta postea erunt nisi elementa cum damnatis et saluatis et eorum partibus et accidentibus ad quid deseruirent elephanti tigrides vnicornis oues et boues et vniuersa pecora campi tūc non deseruirēt: nec pisces. omnia conuertentur in elementa: sole influentie celestes non producunt pisces aqua circundabit terraz et quando ita esset de causalitate deus non concurrit cum celo ad affectus inanes producendos elementa manebunt ne sit vacuum et ad decorem vniuersi nunc autem deus mari dedit terminos quos preterire nequit secundum illud iob tricesimo octauo: quis conclusit hostiis mare cum erumpebat q̄si de vulua procedens circundedi illud terminis meis et posui vectem et ostia et sic non concluditur q̄ tandem mare desiccabitur vel q̄ aqua erit profundior in vna parte q̄ alia dato q̄ sol vni parti supponatur et non alteri ibi danubius suam denominationem amittet nec per varia ostia mare ponticum petet: nec nilus irrigabit egyptuz dñi vel iordanis terram promissionis illud geneſis octauo intelligitur ante iudicium.

## ¶ Distinctionis q̄dragesime none questio prima.



PRimo quero circa hāc distinctionē q̄dragesimam nonam de essentia beatitudis Circa q̄stionis expeditionē notabimus aliquos dicentes beatitudinē solū consistere in actu intellectus. alios dicentes eam esse in actu voluntatis. tertiiv troq̄ impugnāt dicētes beatitudinē p multis solum debere accipi. Sed dicimus beatitas bipharian accipiť. vnomō pro beatitudine increata vel obiecto beatitudis. alio modo pro beatitate formali. prior acceptio patet. psal. lij. Tu aūt dñe susceptor me⁹ es gl̄ia mea et. mō gloria et beatitudo coincidunt et primo confessionum ꝯsus principiū inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. scōa acceptio patet q̄ aliqua est actus intellectus aliqua voluntatis tertia gaudiū ex his sequens. pz iohannis. xvij. hec est vita eterna vt cognoscant te et. j. de ciuitate dei. c. pe. loquēs de vnione dicit augustin⁹. est summū premiū q̄ cōsistat in actu voluntatis. patet. j. de doctrina xp̄iana. vñ vltra mediū dicit augustin⁹. hec est sūma merces vt ipso perfruamur. hoc patz per diffinitionē bti quā ponit. xiij. de trinita. c. viij. beatus est qui viuit nec vult nec male aliq̄d vult et cicero li. v. tus. hos existimo beatos qui sunt i bonis nullo adiūcto malo. de gaudio patet. gaudium vr̄m nemo tollit a vobis. ioh. xvj. Insuper dicam⁹ terminus beatitas pōt bipharizaz accipi collectiue et diuisiue potest. p his omnibus supponere vl' eorum aliquib⁹ sicut logica capitur pro scientia vni⁹ cōclusionis logicalis vel pro scientia multarū. quo fit indecor est dicere in talibus geminā esse positionē et alios impugnātes non sese intelligunt. Istis p̄missis pro terminorum significantis pono conclusiones. ¶ Prima conclusio aliqua beatitas est deus. ¶ Secūda cōclusio aliqua beatitudo est creatura. pz de actibus datis. ¶ Contra priorē conclusionē argumentor ex ea sequitur q̄ aliqua beatitudo est beata. cōsequens est falsum implicat albedinē esse albā ergo beatitatez esse beatā. consequentia est lucida de essentia diuina. ¶ Contra secundā cōclusionē argumentor melior est habitus q̄z actus beatitudo debet esse q̄d optimū. j. ethicor. in hoc oēs cōuenerūt licet eam in variis rebus ponebāt modo habit⁹ est melior actu iij. topichor. bonū permanenti⁹ est melius modo habitus est diuturnior actu ex p̄dicamētis. Ad primū conceditur sequela et nego falsitatē cōsequētis nō est simile de albedine et albo cuius vnū est subiectum susceptiuum alterius interdū cōcretū et abstractum res differentes importāt nō modo in numero sed in specie. interdū eandē rem in recto ponunt. Ad secundū nego assumptū nō semper pmanentiora prestāt nisi cetera sint paria corruus/cerui et querc⁹ longeua nō prestant homini. insuper beatitudo est perpetua tam visa essentia beatitatis reliquum est ad secundū quesitum accedere.

## ¶ Distinctionis q̄dragesime none q̄stio secūda.

QUeritur secundo circa hanc distinctionez quadragesimā nonaz an beatitudo totaliter causetur a deo duo sunt hic modi opinandi vnus est q̄ aīa partialiter ad suā beatitudinē cōcurrit. alius recitatus ab antiquis et cōiter repudiatus quē frater guillerm⁹ okan et cardinalis cameracēsis defensant q̄ deus est totalis causa beatitudinis nostro more illi positioni adherem⁹ que nobis rationabilioz apparet aliquas rationes occurrentes faciem⁹ contra modū quēreprobare intendimus postea ad eoz motiua rūdebim⁹ vt oppositum magis elucescat. Et sic argumēto: beatitudo causatur a solo deo per te quia alioquin nō ppetua esset beatitudo hoc est inconuenientes et cōsequentiam probas q̄ voluntas a quolibet suo actu pōt cessare et sic potest facere se nō esse beatā sz hec ratio deficit. q̄d patet. beatitudo quo ad actuz intellect⁹ et voluntatis intellectū et voluntatē vitaliter immutat ergo ab eis ptialiter causat. p̄ma tenet ex terminis si dilectio dei i p̄ria est actus voluntatis voluntas per illā agit et illā partim efficit alioqui potes dicere habitū esse beatitudinē a solo deo vt' a voluntate et actu causatum. dicis sufficere q̄ volūtas per illum actuz tendit in obiectum diligēdo deuz et eum cognoscendo absq̄ vlla efficientia aīe modo per habitū aīa nō actu tendit in obiectū. Sed contra hoc te mouet ne voluntas potest se nō bñficare propter suam libertatez sed hoc cōcludit contra te ipm si volūtas per actū a solo deo creatū tendat in obiectum potest nō tendere hoc est ei ita liberū sicut p̄ducere vel nō producere si fingas aliquā necessitatem tendendi in obiectum eā fingere potes i continuatione actus imo ponere sine fictione.

¶ Secundo argumentor hac via quilibet beat⁹ potest se magis beatificare q̄z meruit in via. pz. sit a to ta beatitudo lini creata a deo vt' lin⁹ potest diligere deum clare visuz ex puris naturalibus vt' cum luie glie vel nō. scōm nō est dicendū cū est potentia libera et potissimū apud te: igitur. dicis potest deū diligere sed non erit aliquomō beatitudo cū a volūtate causatur et interdū illum actuz habet interdū nō habet vel in gradu remisso habet nōinconuenit habere duos actus respectu eiusdē obiecti simul quorum vn⁹ causatur totaliter a deo et alter partia voluntate tunc saltē habens meliora naturalia potest deū clare visum magis diligere et habere pl⁹ gaudii de deo. ¶ Tertio arguitur pi ratione debes dicere penas dānatoz et odiū dei a solo deo causari ꝺ est absurdū et horridū q̄ deus se solo in oibus dānatis penā sensus causat totaliter odiū dei et ceteros actus difformes. et q̄d sequatur patet p te volūtas est libera ergo potest oēm suum actum derelinquere. ¶ Quarto argumentor deus potest necessitare voluntatē ad continuandū et ad eliciendū suū actū ergo nō debes ad saluādā ppetuitatē beatitudinis et miserie currere ad potentiā pure passiuā. añs pz. si voluntas eliciat suū actū in istanti oportet q̄ actū cōtinuet de necessitate naturali per temp⁹ in eadez intensione graduali vel in gradu remissioze alioquī

Universidad de Deusto
Biblioteca



tra beatum augustinum nemo potest velle malum. Ad primum respondet buridanus in questionibus tertii ethicorum et aliqui alii voluntas pro tunc nō potest acceptare minus bonum sed potest omnem actum suspendere quousq; fiat vlterior inquisitio ḃ est reprobatum in articulis parisiensi. ꝛ littera p̄hi est ad oppositum videtur (inquit p̄hs) preterea nō idem homines eligere optima atq; etiā opinari ꝛc. Dico q; ex libertate sua pro tunc potest acceptare minus relicto maiore dignificanda est natura vbi non constat de opposito scō de generatione et ad hoc est experientia. Si dicas si quis habeat maiorem et minorem in prima figura circa agibilia voluntas de necessitate conformat se illi iudicio patet septimo ethicorum. Omne dulce est gustandum ḃ est dulce hoc intelligitur quando voluntas est conformis dictamini maioris dicentis omne tale esse agendum vel respuendum cui concordat cōmentator sexto ethicorum capitulo vndecimo quando vita concordat cum ratione experientia est ad hoc q; voluntas ex sua libertate potest resilire a iudicio intellectus. Ad secundum fateor in deo nulla est ratio mali nec apparēs hoc est q; cum colore apparet sed a ratione et errante taliter iudicatur sufficit ē sorti displicibile sortes p̄t nolle omne illud qō si bi displicet. Ad tertium dico quancunq; rez ponis miseriam culpam penam vel aggregatum dūmodo voluntati apparet aliqua ratio bonitatis vere vl̄ sophistice in eo voluntas potest illud velle multi dicunt se velle esse suspēsos vel damnatos ea lege q; de inimico vlciscerentur: ſz dicis ꝛ recte si viderent cruciatum inferni retractarent sententiam presentia periculorum millies plus mouet q̄ absentia ḃ non euitat propositum multi volunt aliquid qō sciunt eis oberit plurimum vt audaces vt in ore populi reputentur vt de illo qui combussit templum diane in epheso sufficit q; sit quecunq; scintilla apparentie ad velle dato q; absolute sit malum sed si esset aliquid voluntati ostensum in quo nulla est ratio boni veri vel sophistici nec boni vtilis honesti vl̄ delectabilis voluntas non potest diligere vel velle illud transcendit obiectum voluntatis ad volendū potest tamen ob libertatem eius omnem actum suspendere et sic beatus augustinus intelligit miseriā eodemmodo si esset vnum obiectum in quo nec est ratio mali veri vel sophistici et nichil prorsus in illo displicibile voluntas non potest exire in suum actum qui est nolle vt apparet licet sit magna apparentia q; voluntati vt voluntas est nichil est displicibile ex natura rei ꝛ potest velle illō vel istud ꝛ tūc est conueniens: vel nolle ꝛ sic est disconueniens. ex natura rei locus inferni non disconuenit angelo dānato sed solum quia nolitus secundum istud volūtas sibi relicta quicquid potest velle potest nolle ꝛ econuerso sed in hoc non insisto in presentiarum alias loqui proponens. ¶ Dubitatur secundo quia dictum est q; appetitus naturalis rei non distinguitur a re ipsa. ¶ Contra hoc arguitur inclinatio forme distinguitur a forma: p̄z habitus non inclinat dormientem ad intelligendum inclinat tamen vigilantem ad intelligendum ibi est transitus de contradictorio in contradictorium ꝛ per consequens aliq̄d est in intellectu quādo vigilat qō non est in eo quā do dormit ꝛ hoc non potest esse nisi actus. Similiter graue in loco proprio non inclinatur ad actum quia inclinatio est respectu rei absentis non habite sed quando est extra locum proprium tunc inclinatur ad actum: sed grauitas manet vtrobiq;: ergo inclinare est actum causare: propter istas rationes okam in tertio quodlibeto tenet inclinationem habitus distinctam ab habitu non autem inclinationem materie: propterea equiuocat de inclinatione non ē petenda pluralitas gratis nec aliqua ratio huius viri vincit oppositum teneo vtrobiq; inclinationem rei esse rem inclinatam quando argumentatur habitus non inclinat dormientem verum est nec vigilantem inclinare in morali philosophia tantum valet sicut agere vel facere habitus inclinat in actum habitus nullum actum alium causat in habente a suo actu habitus non producit actū se solo sine anima homo facilius exit in actum cum habitu q̄ sine habitu. Sed dicis citius cum habitu q̄ sine habitu vnde hoc emergit dicitur quia habet causam exeūdi in actum quā non habet nō habituat⁹ quia quero quid producit aliud ab actu vnigeneo qui erat ꝓductiuus habitus q̄ accidens producit alteri⁹ speciei ab actu elicito concedo q; est transitus de cōtradictorio in contradictorium per actum elicitum ſz certe per nichil aliud quando arguit de trabe. Dico q; graue in loco naturali non exercet suam grauitatem licet fuerit aqua in sua sphera nichil actualiter ponderat vt patet imponenti pedem manū vel humeros sub aqua alias descendens ad basim oceani non resiliret cuius oppositum experimento nouerunt nauigantes sed cum graue ponitur sup trabem sensim debilitatur trabs non debilitata grauitate corporis suprapositi vel minus attennuata tandem erit proportio maioris inequalitatis et trabs frangitur quemadmodum si sortes haberet in humeris vel capite pondus equalis resistentie vl̄ pauo minoris cum potentia portatiua sortis pro tempore resistit sed cum est potentia debilitabilis succumbit ab agente maioris equalitatis q̄ sit sortes resistentie. Si petas quid frangit vel debilitat trabem: dico q; grauitas que trabem indisponit si sic agit dum quiescit debes dicere habitum agere in dormiente.

## ¶ Distinctiōis quadragesime none questio septia.

Nunc septimo de quattuor dotibus loquendum est scilicet de dote impassibilitatis/agilitatis/subtilitatis/et claritatis que tanguntur ab apostolo prime corin-



thiorum decimo quinto seminatur inquit in corruptione surget in incorruptione seminatur in ignobilitate surget in gloria seminatur in infirmitate surget in virtute seminatur corpus animale resurget corpus spirituale ita vt surgere in incorruptionem referatur ad impassibilitatem surgere in gloria ad claritatem surgere in virtute ad subtilitatem surgere spirituale ad agilitatez: iuxta illud decimo sexto de ciuitate capitulo vicesimo septimo: imperabit deus anio animus corpori tanq̄ obedienti ibi erit suauitas et facilitas quanta regnandi viuendiq; facilitas erit. necessarium erat ad complementum beatitudinis has habere dotes non q; sic necessitas simpliciter dicta. dubitaret aliquis quomodo corpus compositum ex contrariis perpetuo duraret ab intrinseco et extrinseco et quomodo corpus potest esse cum celo impio: et an tarde ibi corpora moueantur sicut hic et an sint terrestria: propterea ponuntur quattuor dotes inane est ponere tentionem vnam dotem sicut multi antiquorum posuerunt loquēdo in particulari de dotibus quero per q̄d corpora beatorum erunt impassibilia hoc est querere essentiam dotis impassibilitatis. ¶ Circa titulum questionis duas positiones repio: vna tenet q; est quedam qualitas fluens a beatitudine anime in ipsum corpus reddens corpus impassibile. alia positio nullam talem qualitatem ponit cui adhereo in primis non est facile captu quomodo vna qualitas frigori calori et omniū corruptiuo intrinseco et extrinseco resistit nec quomodo anima talem qualitatem que naturaliter omni corruptiōi resisteret causaret. Insuper corpora damnatorum perpetuo durant sine corruptione intrinseca vel extrinseca ꝛ ibi est solum assistentia diuina non concurrens ad corruptionem corporum dānatorum ꝛ quare non erit sic in proposito: etiam non sunt multiplicande res gratis. dico ergo q; dos impassibilitatis supponit in recto pro corpore beati connotando q; deus ratione actuum meritoriorum in quibus discessit conseruat ipsum corpus ne patiatur aliquod lesiuum ab intrinseco vel extrinseco. per istam connotationem seclu duntur elementa ꝛ corpora dānatorum que non dicuntur sic dotata. dixi aliquod lesiuum corpora beatorum visionem et accidentia perfectiua recipiunt et sic augustinus in epl̄a ad dioscorum intelligit. Tam potentem fecit deus animam vt ex plenissima beatitudine que in fine temporum sanctis promittitur redundet in inferiorem naturam vult deus. deus istud facit ratione beatitudinis et hoc est vere de communi lege nisi propter aliquod speciale iterdum fiat oppositum vt erat de redemptore nostro tempore sue peregrinationis secundum corpus in via corpus eius erat passibile pro generis humani redemptione. Sed contra luce vltimo: dūs post resurrectionem dixit discipulis suis: palpate ꝛ videte vbi gregorius in omelia super illud iohannis vicesimo. infer digitum tuum huc: corrumpi necesse est q; palpatur. Insuper nullum violentum est perpetuum: sed corpus illud cum sit mixtum habet quatuor elementa in se quorum quodlibet est extra regionem suam. Ad primum dicitur non est necesse recipere dictum beati gregorii vl̄ potest dici est corruptibile et sic de corpore beati celo et similib⁹ palpabilibus sed non corrumpetur. Ad secundum potest esse difficultas circa maiorem: mare in zelandia et in aliquibus locis flandrie per aggeres et valla impeditur ne exeat in āridam et si mundus et homines durarent perpetuo sicut putabat aristoteles quid cause est quare hoc non potest fieri perpetuo: nisi dicas mare vnam plagam terre sensim amittere aliam lucrando et tunc erit idem de omni parti terre. secundo admitto maiorem minor est falsa non sunt elementa in mixto per realem existentiam et quando essent nego q; ibi detineantur violente si lapis detineretur in aere semper a deo licet esset cōtra naturalem inclinationem grauitatis particularis esse super leue tamen non est contra inclinationem totius vniuersi et cause supreme que res ad suum nutum mouet sicut cum quis bibit in arista extrahendo aquam de fonte ipa aqua ascendit ne fiat vacuum in vniuerso et non est hoc pure violente. At dicis secundum ista dos impassibilitatis nō erit maior in magis btō q̄ in minus beato concedo omnes equaliter conseruabuntur ne lesiuum patiātur differunt tamen sicut stella a stella in beatitudine et forte in claritate vel magis beatus pluries meruit hanc dotem impassibilitatis quia ratione cuiuslibz actus meritorii in quo discessit. Sed dicis christus post resurrectionem comedit: ergo cibus conuertebatur in suum corpus et sic erat passibilitas conceditur q; comedit accepit per os et stomachum sed postea resoluebatur in preiacentem materiam vel deus fecit q; esset statim post comestionem a remotis non transeundo per corpus vel eius poros qui statim euomit vel qui magnum profluuium vētris habet in quibus crebro nichil conuertitur in substām aliti realiter comedere dicitur.

## ¶ Distinctionis quadragesime none q̄stio octaua.

Octauo quero de alia dote scilicet dote agilitatis: supponatur in homine esse duplex motus/vnus secundum exigentiam elemēti predominantis vt est terra: alius est ei conueniēs ratione anime scilicet motus progressiuus isti motus differunt: motus qui sequitur animatum ratione corporis non sequitur cognitionem sed appetitum naturalem illius corporis et ideo est ad vnum locum sicut appetitus naturalis ad vnum determinatur motus qui est ratione anime sequitur apprehensionem que est respectu alterius ideo appetitus animalis sequens cognitionem nō est respectu vnius situs propter q; ille motus non est semper secundum eundem situm nec semper ad eundem locū: ſz quoquouersū est progressio etiaz in hoc motu mobile se sistit per intrinsecum vt brutum occurrē

Universidad de Deusto
Biblioteca



te impedimento non procedit vlterius per principium extrinsecum licet non moueatur libere sed in alio motu non potest se sistere:patet de cadēte e turre isste motus qui est ab anima nec est naturalis nec violentus est progressiuus et medius sed acceden do ad agilitatem dicimus illum agilem qui prōptitudinem habet celeriter monere suuz corpus vt de ascendentibus in fune vel cirogrillo qui non organice mouetur sed omnes partes simul mouentur: idem contingit in irundine et in aliis auibus homo organice mouetur vna pars mota alia quiescit quādo sortes leuat vnum pedem alter calcat terraz sic in equis et aliis in quibus videtur ieptitudo ad motum celerem.sed quomodo est dos agilitatis dicā sicut imaginor pro meo captu probabiliter sit anima sibi relicta et separata potest mouere se vbilibz instantanee ad quancunqz differentiam positionis vt patet ex secundo:grauitas est accidens corporis grauis secundum communem philosophiam non videtur illud accidens necessariuz ad hoc q̄ anima corpus informet de necessitate simpliciter dicta nō dubito ymo nec de congruitate tūc seclusa hac grauitate anima potest hoc corpus mouere vbilibz ad nutum eius cui suffragari videtur beatus augustin⁹ vicesimo secūdo de ciuitate.capitulo vndecimo dicit q̄ deus a corporibus beatis auferet graue pondus:idem dicit in questionibus de resurrectione.

Si petas an illud corpus est leue peto a te eandem questionez si tota grauitas separetur a corpore grauis vt a gleba terre quid erit de illo corpore non erit leue.et quero si ponatur illud corpus in aere quid erit de illo cum non habeat grauitatem inherentez si dicas formam substantialem producere grauitatem accidens sicut forma aque in se producit frig⁹ reducendo se ad frigiditatem post calefactionem sufficit nobis deus potest impedire ne fiat si nō ponas aliud a grauitate extrinseca res est paruia tūc anima mouet corpus vbi vult q̄ si curras ad grauitatem innatam forme substātialis:vel dicis animā non posse bene informare corpus sine grauitate accidente tunc deus supplet actiuitatem anime i mouendo suo corpore omnem terrestrietatem superuacaneam auferendo et anima ad illum motum agit et deus coagit multum vel parum ad nutū anime volentis successiue vel subito moueri. vel deus facit q̄ grauitas non plus resistit motui anime q̄ grauitas elementi in suo loco naturali si deus faciat hoc aque in loco suo non dubium est quin id facere potest aque extra locum naturalem aque:et h̄ cōuenit anime ratione sue beatitudinis:propterea auctoritates sanctorum dicentes ex beatitudine anime redundat quedam promptitudo in corp⁹ z dos agilitatis sic exponende sunt propter illam beatitudinem de⁹ coassistit et coagit illi motui ad nutuz anime moueri scholasticorum virorum dicta non recipimus dicentium dotem hanc esse quēdam qualitatem corpori inherentem causatam realiter a beatitudine nō est facile captu quomodo beatitudo accidens impartibile producat illam dotem corpore-am et quomodo illa dos monet corpus ad omnem differentiam positionis scilicet sursum deorsum et circulariter instantanee vel successiue sicut ascendit corpus christi hierosolymis q̄ subito beat⁹ mutetur:patet vicesimo secundo de ciuitate dei capitulo tricesimo dicit vbi volet spiritus ibi erit protinus corpus.et sapientie tertio dicitur tanq̄z scintille in arundineto discurrent.et esaye quadragesimo:qui sperant in dño mutabunt fortitudinem assument pennas sicut aquile current et non laborabunt ambulabunt et non deficient. rursus nulla est resistentia extrinseca resistens beatone instantanee mutetur et nulla est intrinseca:ergo instantanee mouetur.patet quarto phisicorū non alias mobile simplex positum in vacuo mouetur in instanti sicut dicit ibi aristoteles et ad hoc pulchre argumentatur quia nisi sit graue simplex positum in vacuo tardi⁹ mouetur q̄z in pleno.patet si successiue mouetur et cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum est aliqua proportio sic q̄ mouetur velocius vt octo in vacuo q̄z in pleno tunc per subtiliationem mediorum dabis duo mobilia equalis grauitatis et figure equaliter mota in pleno et vacuo sed hoc dici non potest cuz omnis resistentia in vacuo est in pleno et aliqua alia non valet more aliquorum currere ad incomposibilitatem locorum oppositum illius ostensum est in decima distinctione huius: nec iuuat currere ad finitatem agentis vt patet per aristotelē et eius rationem dum bene ducatur. Dicis illud concludit me posse proicere in vacuo graue ad celum quia si per finitam distantiam alius in pleno equalis vigoris agens poterit per subtiliationem mediad tām tam distantiam proicere:non est simile cum hic est resistentia intrinseca et oportet vtramq̄ resistentiā diminuere intelligo mobile simplex intrinsece et p equivalentiem si vnum mixtum participās de grauitate aeris et terre poneretur in vacuo aqueo moueretur partibiliter cum grauitas aeris resistit descensui non incōuenit tale mobile in vno vacuo moueri successiue et in alio in instanti si illud mixtū poneretur in vacuo igneo descendit in instanti in vacuo aqueo successiue cū ita est q̄ graue simplex movetur subito in vacuo eo q̄ nulla est resistentia extrinseca nec intrinseca et per dotem subtilitatis beato nullum corpus non beatum resistit ymo nullū quia non intendit se mouere per beatum et sic non ei resistit et nulla est resistentia intrinseca per dotez agilitatis quare preter rationem est negare motum instantaneum a beato hic terminum: moueri extendimus ¶Sed contra istam conclusionem argumentor ex eo sequitur q̄ linus potest mouere se circa celum in instanti et facere circulum in eo et sic in eodem instanti erit in oriente et occidente et in pluribus locis naturaliter. Insuper vel illa mutatio incipit per vltimum instans non esse sicut contingit de motu proprie dicto et sic non dabitur instans quo mouetur ab a ad b immediate post hoc instans vel vnum instans immediatum alteri instanti.sed i hoc instanti.cōtra in hoc instanti est in termino ad quez



et in termino a quo z q̄cūq̄z mobile est in termino a quo et ad quē quiescit ergo simul quiescit z movetur extendo terminū mot⁹ ad imitationē instantaneam. Ad primū cōceditur nec hoc est incōueniēs Ad scōm dicitur vtrūq̄z pōt dari ꝓmo admittam⁹ q̄ mobile incipiat mutari per vltimū instans nō es se mutationis q̄ est vltimū instans esse quietis:sed illa mutatio subitanea nec desinit p vltimū instans esse mutationis nec primū nō esse post mutationez dando aliud membrum dico q̄ in hoc instanti describit circulū circa celum vel ascēdit vl descendit z est in termino ad quē z a quo z nego q̄cūq̄z est in termino a quo quiescit si quiescere opponatur moueri z mutari si solum motui cōcedit simul idē mutatur z quiescit:si intelligat in quocūq̄z tempore vl instanti.at dicis ille beatus manet semper in eodez loco in quo prius erat ergo nō mutatur quia nunq̄z transit extra hunc locū. ℟Rideo cōsequētia est nulla sorte manente parisii si de⁹ ponat eū rome z moueatur vel mutetur aīs est verum z pīs falsum.

¶Secundo argumentor sit lin⁹ in occiēte z cletus i occidēte qui velint sibi subito obuiare in pūcto medio intersicitii inter illos q̄ signo centum leucarum queritur in quo puncto sibi obuiabunt dicitur obuiabunt sibi in pūcto in quo volunt si linus velit in pūcto pedaliter ab eo distante mutari z cletus per reliquā partē in illo puncto sibi obuiabunt ita facile potest beatus z ita cito mutare se per magnam intercapedinem sicut paruam dices beati cupient esse prope christum ergo non mutabuntur nec mouebuntur. ℟Respondeo christus est vbiq̄z z per totum celum et licet christus non sit vbiq̄z xp̄us tñ potest de⁹ supplere causalitatem obiectiuā humanitatis eius. Item mouendo in instanti manebit in loco in quo est.

¶Distinctionis quadragesime none q̄stio nona:

¶Queritur an corpus beati potest naturaliter esse cum corpore nō glorioso q̄ potē subtilitatis supponamus q̄ subtile dicitur a virtute penetrandi.ij.de ḡiatione tripartiā res est penetratiua aut ꝑpter quātitatis acutiez vt in lancea vel acu aut propter raritatem aut materie paucitatē vt i aere vl igne aut propter actiue virtutis magnitudinē z sic vinū aliquod est magis penetratiuū q̄z quecūq̄z aqua qua ꝑpter aqua cū modico vino bibita magis refrigerat q̄z si per se bibatur cum vinū facit aquā ad loca corporis penetrare ad que per se penetrare non pōt licet subtilitas non cōueniat beatis ꝓmis duobus modis conuenit tertiomō vel translatitie dos subtilitas non est qualitas aliqua data corpori beati sed h̄ complexū dos subtilitas supponit ꝑ beato vl deo vtrūq̄z dici potest sed capiamus pro ipso beato parū discrimis cōnotando q̄ ratione btitudis dat corpori illō q̄ quoq⁹ uersū pōt se mouere p qōcūq̄z medium. ¶Isto notato pono ꝓclusionē affirmatiuā ꝑbatur conclusio ostensum est in questione p̄cedenti q̄ corpus beati potest moueri z subito z cū i celo non est vacuū nec cedit corpori beati sicut aqua pisci vel aer aui volanti per medium.Iob.iij.celi solidissimi quasi ere fusi sunt. Item quomō alias corpus x̄pi ascēdit ad celos z intrauit ad discipulos ianuis clausis.Iohannis vltio.exiuit vterū beate virginis claustris virginalibus integris surrexit de sepulcro monimēto clauso nō valet dicere celi diuisi sunt et ascendenti quia tunc oporteret totiens habere celū diuisū quotiēs beatus mouetur p celū q̄z q̄ vni deseruit omnibus deseruit nō valet fictio aliquorum clausit secrete ianuas vel fecit corpus suū sub pua quātitate q̄ pre rima intrare poterat reliquo tales ieptias aliquorū. Item materia z forma substātialis sunt in eodē loco adequato nulla est repugnātia q̄ omnia corpora mūdi sint in loco vni⁹ fabe ostendat hoc incōuenire aduersarius. ¶Contra conclusionem argumentor vel naturaliter oia beata corpora erint cum alio corpore nō btō vel miraculose nō ꝓmz patet.iiij.phisicor.c.de vacuo si scōm i quo libet motu beati erit nouū miraculū. ℟Respōdetur aliquid est naturale id est competens nature ꝑ vno tempore q̄ nō reputatur naturale ꝑ alio tempore est preter naturā febricitāti bibere purū vinū z forte non aūt bene complexionato sano nūc esset miraculū duo corpora de p̄dicamēto substantie esse i eodem loco nec possunt simulesse ꝑ cursum cōem in corporib⁹ glorificatis dabitur eis ꝑm legem cōem q̄ poterint esse cū corporibus nō gl̄iosis etiam miraculum debet esse isolitum cū illud erit cōe nō erit miraculū. ¶Sed contra illud argumentor ad motū instātaneū sequitur penetratio corporum naturaliter.patet.quādo lin⁹ mutatur per ynā leucā i instanti pars posterior dorsi z anterior pectoris diametraliter respondēs erint in eodē loco ꝑpter:igit dicis illatio est nulla nisi in stabilitate simul starent Insuper si corpora possent esse naturaliter ꝑm illā legem mutuo nichil ad b sed q̄ non decet esse cōfusionē corporū gl̄iosum in eodēloco ad hoc nō concurrit deus ꝑz tenet circa illud legē cōem vie nec sequitur q̄ vnus beatus aliū impediet poterit subito actualiter se mutare circa aliū sicut mouēdo per lineam rectam:ꝑz dicis naturaliter nūc corpora de predicamento substantie se penetrant ergo corpora beatorum possunt se penetrare suapte natura nō dubitam⁹ qui deus potest facere corpora gloriosa se penetrare sed non decet.assumptum patet.i ferro ignito est ferrum z ignis simul cū stupā incendit sil̄r in pane vino itincto vinū z panis sunt in eodez loco non valet dicere vinū est in poris panis quelibet pars panis est vino hūectata ergo vinum et panis simul sunt alioquin humiditas vini migrat in panem q̄ est preter naturā. Ad primū dicitur in poris ferri includit ignis eodēmō in poris panis imbibitur vinū cōstat panē frangēdo immitatim aliqua pars interi⁹ alba z alia rubea a vino: humiditas vini potest successu tēporis siccitatē panis corrūpere ꝑpterea non sequitur q̄ humiditas migret de sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca



fecto in subiectum etiã illatio est nulla per locũ intrinsecum sz per locũ extrinsecũ ad principale sed nobis ptinens in materia quã tractam⁹ adhuc probatur añs cõdẽsatio est possibilis naturaliter ꝙ corporum penetratio añs claret ꝑbatio ꝑne capiẽdo a corpus bipedale z locũ propriũ eius post condẽsationẽ vtrasq; pedalitas est in eodẽ loco ergo est penetratio corporũ qz duaꝝ medietatũ. ℜ Respondeť consequentia est nulla a post cõdẽsationẽ minorem locũ occupat ꝙ ante p iuxta positionẽ partiuꝫ mediatarum nõ ꝙ sit idem locus ꝓprius vtriusq; medietatis sed solũ qz partes remote magis appropiquant ꝙ ante appropinquauerũt. patet de lacte bulliente rarefacto infrigidationi sue relicto. si petas q̃ res gñatur in rarefactione z q̃ corrũpitur in cõdẽsatione. dico ꝙ nulla dixim⁹ superi⁹ in .xij. distin. huius duas esse positiones ꝑbabiles an quãtitas distinguiť a re quãta tenẽdo idemptitatẽ iam p solum partium elongationẽ z motũ localẽ nullã entitatez nouã acquirendo densum efficiť rarũ z dicitur motus ad quãtitatẽ ꝓpter nouum dicibile de predicamẽto quãtitatis ꝙ incipit verificari de pronomine hoc augmentatum demõstrante si quãtitas ponatur res alterius speciei a substãtia z qualitate iã dico eodẽmõ aliquid rarefit per hoc ꝙ partes eius magis distant q̃ ante distabãt z cõdẽsatur per hoc ꝙ partes mediate magis approꝑiquãt z nulla quãtitas generatur vl' corrumpitur de nouo. Sz dicis si duo corpora possunt esse in eodẽ loco due medietates eiusdẽ cõtinui possunt esse in eodẽ loco sz hoc est ipossibile ꝙ patet in prima parte propositionali hore ponat deus duas medietates a cõtinui in loco vnius medietatis tũc totũ erit subduplũ ad precedens in scõa parte propositionali hore per positionem mutuo partiũ sit totũ sub quadruplũ in tertia parte propositionali hore sub octuplũ z sic cõsequẽter per omnes partes ꝓportionales vni⁹ hore iam i infinitum parum erit hoc corpus añ instans extrinsecum terminatiuũ hore z in illo instanti erit indiuisibile ꝓpter istud aliqui nõ audẽt admittere ꝙ due medietates eiusdẽ corporis se penetrent bene tñ in variis corporibus sz hoc nichil est. cõcedo ꝙ i infinitum parum erit hoc corpus ante finẽ hore sed in instãti terminatiuo hore erit penetratio partiũ sicut superi⁹ in .x. distinctione huius diximus fm vnam imaginationem de existentia corporis xpi et licz ab illo modo nos elongauim⁹ tñ fatemur illum deo esse possibilẽ z sup hoc nõ est difficultas vel oportet deum reducere corpus ad certã quãtitatẽ fm ꝙ ei placet si ipsum conseruat z nõ hoc mõ penetratiuo si poneretur infinitum frig⁹ in a glatie bene applicatum huic cere nõ ponendo minimũ naturale forte ita fieret sicut argumẽtũ imaginatur. Sed dicis si non sit status i cõdẽsatione nec in rarefactiõe erit z sic inter puncta finita claudeť infinitũ ꝙ alibi reputatur impossibile. patet. capiendo a z b pũcta terminativa a corporis pedalis rarefiat totũ in prima pte propositionali hore per pedale in scõa medietate ꝑ bipedale z sic cõsequenter per omnes partes proportionales vni⁹ hore iam inter illa pũcta claudeť infinitũ. ℜ Respondeť ad misso toto casu ꝙ nõ deť status in raritate cõsequẽtia est nulla vt dictũ est i questionibus de infinito per elongationẽ duoꝝ lapiduꝫ ꝑ pedale i singulis partibus ꝓportionalibus vni⁹ hore. Sed cõtra dicta de rarefactione arguis si extensio ptiũ mediatarum sufficiat ad rarefactionem tunc aliq̃ corpus rarefiet in vno tempore certo in quo manebit equale de materia sub equali quãtitate hoc est falsuz illa res dicit rara q̃ sub paruꝫ de materia habet magnã quantitatẽ z illa dicit rariorꝫ que sub minore materia habet tãtum de quãtitate sicut alia vel maius vt accepto pedali aque et aeris aer est rarior eo ꝙ fm ꝑm ex vno pugillo aque possũt esse decẽ aeris ergo ex vno pedali aque fieri possũt decẽ pedalia aeris z si nõ in proportiõe denaria cõstat ex vno pedali aque possunt fieri plurima pedalia aeris ergo aer sub equali quãtitate cũ aqua minus habz de materia z opposito mõ illa res dicitur densa q̃ sub parua quantitate multũ habet de materia. ꝓbatur cõsequẽtia ponendo a corpus octo pedale diuisum ꝑ partes proportionales ꝓportione dupla z bozã futurã sic ꝑtire matoribus ꝓtibus v̄ſ⁹ nos terminatis z i prima ꝑte proportionali hore raresiat ꝑma pars ꝓportionalis a corporis versus secundũ eam cõdẽsando ad subduplũ z in scõa parte ꝓportionali hore sequentis scõa pars corporis rarefiat tertiã vers⁹ ipsam tertiã condẽsando ad subduplum z sic consequenter iam ex ipotesi quelibet pars ꝓportionalis a corporis rarefiet. ℜ Respondetur a corpus i casu illo nõ rarefiet z totale corpus nõ erit maius in fine hore q̃ nũc est quia quãtũ de quãtitate acquirit ꝑma pars proportionalis in prima parte proportionali hore tãtũ in eadẽ deperdet scõa pars ꝓportionalis a corporis z quãtum scõa pars proportionalis acquirit in scõa parte proportionali hore tantum depdet i eadẽ parte hore tertia ꝑs ꝓportionalis illius corporis z licet ꝑma ꝑs proportionalis illi⁹ corporis in ĩstanti terminatiuo hore erit maior q̃ nunc sit z nulla alia ꝑs ꝓportionalis erit tantuz minor q̃ nunc est sicut ꝑma erit maior q̃ nũc est. non sequitur ꝙ totũ corpus erit mai⁹ qz aggregatũ ex omnib⁹ aliis a prima erit ꝑ tantaz quãtitatẽ min⁹ ꝑ quãtã prima erit maior cui⁹ supputatio facile iueniri potest i ꝑma parte ꝓportionali hore prima ꝑs proportionalis a corporis acquirit vnũ pedale p̃cise z tantũ scõa perdit tũc in scõa ꝑte proportiõali hore scõa pars proportiõalis a corporis deperdit semipedale q̃ est medietas partis ꝓportionalis a corporis modo qualis est proportio scõe partis proportionalis ad tertiam talis est oim dẽpta ꝑma in ordine ad scõam qz vtrobiq; est proportio dupla secunda pars proportionalis a corporis i secunda medietate hore acquirit semipedale ergo oẽs sequentes tantũdẽ acquirent sc̃z aliud semipedale ergo omnes partes ꝓportionales sequẽtes primã tantũ amittunt quãtũ ꝑma acquiret ergo totale corpus nec condẽsatur nec rarefit. quo fit hec cõsequẽtia est nulla binarius duarum ꝑmarum



partium proportionalium rarefit trinarius trium primarum partium proportionabiliũ rarefit z sic i abissum ergo hoc totũ rarefit añs est verus z consequens falsum demõstrando qualscũq; finitas ptes proportionales cũ prima sed sicut ꝑma sola rarefit quelibet alia condẽsatur.

## ¶ Distinctionis quadragesime none q̃stio decima.

Decimo querẽdũ est de dote claritatis que res est dos claritatis supponam⁹ illud aut cẽne. vj. naturaliũ lumẽ lux z color habent diuersa passa susceptiuũ lucis est opacũ z densuz ꝑ pterea stella est dẽsior pars sui orbis nec aliud põt ꝑ eam videri exñs post se eclipsat susceptiuũ luminis est corpus perutũ z diafanũ z fm hoc nõ essent beatoꝝ corpora lucida z peruia susceptiuũ coloris est densuz ꝓpter ista aliqui egre admittũt ꝙ beatorum corpora sint lucida colorata z luminosa sed hec rationes nõ mouẽt. ¶ Tũ primo naturaliter materia prima vt opinoz est subiectuz ihesionis accidentiuz materialiũ. Insuper opinabile est materiã celi esse eiusdẽ speciei cũ materia in ĩstis inferioꝝib⁹ si materia sortis sit colorata nõ repugnat materiaz celi suscipere in se colores licet nunc nõ habeat color causatur ex varia actione qualitatũ primaruꝫ quas celuz non suscipit sed nõ video repugnantiaz quĩ celũ suscipere põt qualitates ꝑmas de potẽtia dei de qua loquimur sed densior pars celi est aptior ad susceptionẽ lucis q̃ rara corpus densuz potest rarefieri nec protinus totã suaz lucẽ ꝓpterea amittit. item lux iberet cãdele que non videť alteri⁹ speciei a susceptio luminis semp loquor de materia multi non ponentes species colozis intẽtionaliter i medio ponunt colores aeri inherere z dicũt qñ radi⁹ solaris transit per vitrũ rubeuz causatur vera rubedo i aere hoc sensus iudicat qui nõ debet dici in hac parte decipi cũ actiuũ z passiuũ debite applicanť z nullũ cadit impedimẽtuz. ℜ Rursus nulla repugnantia videť ꝙ eadẽ noticia specie inhereat aie intellectiue z angelo z angelis specie distinctis ergo eodẽmõ accidẽtia eiusdez speciei possunt materie celi inherere fm eos qui ponũt materiam illaz alterius speciei a materia in ĩstis inferioribus ergo nulla repugnãtia est ꝙ corpora beatoruꝫ sint colorata lucida z luminosa. iuxta illud sapiẽ. iij. fulgebunt iusti z tã q̃ sc̃i tille z̃. z mathei. xiij. fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ z ad philippenſ. iiij. Saluatorez expectam⁹ dñm nostruz ieſuz christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratuz corpori claritatis sue. j. corinthioꝝ. xv. alia claritas solis alia claritas lũe z alia claritas stellaꝝ. stella enĩ a stella differt claritas a claritate sic z i resurrectiõe mortuoꝝ postillatoz hoc exponẽs dicit per claritatẽ solis z lune intelligitur claritas christi z beate ỽginis z mathei. xvij. in transfiguratione. Et resplenduit facies eius sicut sol qõ cõfirmatur auctoritate beati gregorii. xviij. moraliũ sup illo ỽbo. iob. xxviij. non equabitur ei aurũ. quo fit dos claritatis est terminus collectiuus supponẽs pro bono coloze z decente luciditati et luminositati et addit aliquid supra ipsuz beatuz. ¶ Sz contra illud arguitur vel huiusmodi dos causatur a beatitudine aie vel ab aliquo alio sz nec ℔ nec illõ: igiť. nõ a beatitudine quomodo beatitudo formalis, pducit huiusmõi dispositionez i corpore nõ ab alio qz queritur a quo alio. Insuper vel omnes beati habebunt equalez dotẽ claritatis in corpore qui habent equalem beatitudinez in anima vel non fm videtur ꝓter tationẽ videtur ꝙ sicut equalibus meritis dabuntur equales beatitudines sic equis beatitudinibus formalib⁹ anime dabuntur similes dotes corporis aliud membrum ꝓbatur ethiopes z indi habent colorez nigrũ potius nigredinẽ septẽtrionales vt rutheni habebunt albedinẽ modo albedo nigredini prestat: igitur.

Ad primuz dicitur ꝙ beatitudo aie non causat dotem in corpore proprie sed deus causat z beatitudo aie est causa sine qua non vel dispositio ad hoc req̃sita. Ad secundũ concedo ꝙ omnes equaliter beati in anima habebunt equales dotes in corpore vbi tangitur de indo z rutheno nõ palaz est an omnes beati colorabuntur albedine qui est primus colorũ nunc autez exñtes sub equatore z inter tropicos vl' prope eos sunt nigri ꝓpter ardorem solis sol enĩ denigrat corpora humida licet calor dealbet sicca vt patet in ossibus cõbustis in igne z in dente ethiopis extremales prope polos sunt albi ꝓpter frigus qõ est mater albedinis sz post diem iudicii beati erunt omnes in celo quos calor solis nõ denigrabit ꝛoẽs homines promiscue se habebũt ad loca sicsz ꝙ non oportet ethiopes magis accedere ad circulum equinoctialem q̃ alios z si omnes ibi essent septẽtrionales z meridionales sol eos non alterabit. si dicas sol calefacit circa se superius z inferius in passa dispositia z si celi nõ sunt susceptiui coloris tamen homines in celo suscipere possunt et celum empireum est ita vicinum celo solis sicut sũt ethiopes modo eos alterat ergo tunc alterabit. ℜ Respondetur licet sol ponatur in quarto celo tñ ponendo multitudinem celorum de qua loquimur in secũdo z celi superiores sunt maiores sol magis ab eis distat q̃ ab ethiopibus z si esset vicinior deus ad hoc non cõcurrit etiam est probabile ꝙ ethiops beatifi cabitur in corpore nigro sicut tartarus in corpore albo fm dispositionem optimi corporis in via coloz nigredo est nobilis color z decẽs ethiopez sicut albedo septẽtrionalem sicut qõlibet indiuiduũ habet complexionem quã nõ habet aliud et impossibile est aliud ei associari simile fm auicẽnam doctrina. iij. fen. j. ꝑmi canonis sz equiualenter deus totũ suplet in ratione dotis de⁹ põt facere ꝙ dos claritatis non percipiatur a videnteꝫ vt fecit post resurrectionẽ. luce vltimo. qñ apparuit sub specie peregrini qz ad illud non concurrebat.

## ¶ Distinctiõis q̃dragesime none q̃stio vndecima.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vndecimo querit an corpora dura possunt se tangere & querim⁹ ꝓpterea quationē qz qñ corpus beati penetratiue se habet cū alio corpore stat os beati se habere cū silice vel alio osse mō os est durissima pars corporis ꝑm auicennā doctrina quarta loci allegati dicit ꝑmū mēbrorū similiū est os qꝫ durū est creatū qñ ipsum est corporis fundamētū & sustentaculuz motiuū mō ꝑm aristotelē corpora dura nō possunt se tangere cōtemplatione illius q̄rim⁹ hanc q̄stiōez ad cuius enucleationē aliquas ꝓpositiões subiungemus. ¶Prima est duo corpora dura possunt se tangere.pz.hec duo corpora mollia possunt se tangere hec duo mollia sunt vł possunt esse duo corpora dura:igitur. ¶Secunda ꝓpositio duo corpora dura plana manētia dura possunt se tangere.patet. vt prius hec duo corpora possunt se tangere demōstrando duo corpora mollia hec sunt vel possunt esse corpora dura plana manētia dura:igitur. ¶Tertia propositio possibile est duo corpora dura se tangere de potētia dei absoluta ad hoc nulla sequitur cōtradictio. ¶Quarta propositio possibile est naturaliter duo corpora dura se tangere.pz de duabus medietatibus huiꝰ scilicis vł cuiuscūqz alteriꝰ petre. ¶Quīta ꝓpositio possibile est naturaliter duo corpora dura nō constituentia vnū se tāgere.pz de annulo argento deaurato qñ se teteger ūt erāt mollia vel alterum molle vt in prima liq̄factione & sensim fiunt dura nichil penetrando auruz ingreditur inter ipm et argentum. ¶Sexta propositio duo corpora dura plana varia sine hac mollificatione se contingunt naturaliter.patet.si mollaris planꝰ cadat super molarem planū quid obstat quī molaris superior tangat inferiorem.dicis aer cōtra ille aer parue est resistentie ergo nō potest superferre molarem cum molaris positus in suprema regione aeris discendit & totū interstitiuz aeris inter terminū a quo motus & terre non impedit discensuz illiꝰ molaris ergo a fortiori nec ille puus aer interiectꝰ hic non video aliam ter giuersationē nisi hanc molaris superior nō tangit aliū non qꝫ aer possit ex sua resistentia quātū est de se resistere molari.puta si ponerētur cū corpore molli resistere illi discēsui ſz sicut natura cōis abhorret vacuū & ꝓpter graue ascendit contra inclinationem ꝓpriā sit natura totius vniuersi hic aer inclusꝰ resistit ne molaris superior alium tangat. ¶Sed contra illud argumētor vnꝰ lapis cōtra aliū pulsus eum frangit ergo euz tāgit similiter ensis tangit craneū.dicis illationē nullam de tactu immediato si poneretur vestis inter duos lapides stat alterū minutati frangi.ꝓpterea argumētor aliquis aer includitur inter molares planos ne se tangant ꝓpter naturā cōmunē tuncille aer est alicuius ꝑfunditatis diuidamꝰ illū aerē ꝑm ꝑfunditatem i duas partes a superiorē & inferiorē. Arguitur sic molaris pōt descēdere per totū a qō patz qz si nō hoc esset ꝓpter naturā cōem totiꝰ vniuersi nolentis admittere cōtactū corpoꝝ duoꝝ. Sed contra hoc argumētor hoc bene euitabitur ꝑ b aerē si dicas b aerē sufficere resistere & non requiri a eodēmō ꝓbabo partiēdo b in duas medietates ꝑm profunditatez hic dicere potes datur minimū naturale ꝑm profunditatē qꝫ minꝰ illo existere nequit naturaliter ꝑm illaz dimensionē.contra licet det minimū naturale simpliciter nō datur minima profunditas naturalis i suo toto sicut non dat remississimū lumē cōiunctū alteri.patet de lumine vniformiter diffozmi ꝓpterea nec est ratio nec auctoritas propter quā debeamꝰ admittere aerem posse impedire diſensuz molaris i proposito imo videtur pegrinū illa via incidere & contra pbiam.secus est de vacuo ergo hoc nō est admittendum:ergo sexta propositio vera. ¶Sed contra hoc argumentor ponatur vnus molaris a super molarē b per contactū vt dicit sexta propositio tunc ponantur quattuor vel quinqz funes in extremis a & sint quinqz mouētes a ꝑpendiculariter sursum & vniformiter & sit h vltimuz instans non esse illius motus tunc sic immediate post hoc a molaris separabitur a b molari ergo immediate post hoc erit aliqua distantia inter a & b licet nulla intercapedo sit inter a & b imediate post h instans ergo erit vacuum circa partes centrales illozum molariū qz citius aer intrabit ad partes extremales q̄ centrales ſz impossibile est dare vacuū naturaliter vt patet.iiij.phisicoꝝ & ratio ad hoc suffragatur cum clipsedra plena aqua obstructo orificio superiori nō descendit aqua & hoc nō nisi ad fugiendum vacuū:igitur.si impossibile est naturaliter dare vacuū implicat corpora plana posse se ptingere. Respondetur nulla agentia possunt molarē naturaliter leuare & vniformiter natura abhorret vacuū. Secundo dicitur admittendo casum cū succes siue leuatur a molaris superior successiue aer ingreditur & ante qōlibet instans futurū erit aer in cētro illoꝝ molariū sed ꝓximitate quadē ille aer erat i ptes extremali q̄ cētrali & sic nō habebis vacuū. Sz cōtra vel ille aer est in parte extremali illozū molariū in instanti aliquo vel tēpore quo nō est in centro et sic est vacuuz i medio si non ergo nulla est ꝓximitas Tertio dicitur subito aer ingredietur ad centrum molarium nec motus ꝓpterea fit in instāti ſz mutatio subita qꝫ est possibile naturaliter ꝑsuppositō illo facto.Quarto dico nunc difficulter dant corpora perfecte leuia etiaz sunt multi pozi in superficiebus in quibus icluditur aer sed dicis illi pozi nō sūt imediati qz tunc esset vnus soluz pozꝰ da aliquā intercapedinē paruā vbi nulli sunt pozi. dicit aer adhuc rarefiet qui est in pozis & rarefit subito loca nō porosa occupans ergo ad alius aer ingrediatur circunstans pure partibiliter facile aer rarefit. patet per clipsedram ꝓ media parte refertā aqua et pro media aere obstructo orificio descendit aqua propter aerē rarefactū insequentē.secus est de clipsedra aqua plena. ¶Secundo arguitur cōtra sextaz ꝓpositionē que est conclusio huiꝰ questionis argumento aristotelis cōiūgantur duo corpora dura in aqua quantūcūqz artificiose fune vł clauo vt faciūt qui ligna super tayim ad sanctū iohannē deferūt cū



multitudine ouium iam ibi est humiditas et illa nō migrat de subiecto in subiectū ergo aque inheret ḡ inter illa duo ligna mediat aqua sed aer est mlto rarioz aqua ergo citius aer mediabit inter illa corpora dura. ¶Respondetur difficile est inuenire corpora leuia & polita & qꝫ nichil asperitatis sit in actibus illoꝝ corpoꝝ sed casu dato aer includebatur in poris vel inter illa corpora qñ vtebantur q̄ quidē aer ab aqua condēsatur & infrigidatur & gñatur aq̄ de nouo vt ꝑm doctrinā metheorologicā fit de gñatione fontiū fortasse adhuc est humiditas aquea aristoteles intelligit vt in pluribus vł cōter de corporibus quibus vtimur.dicis ꝓbi ne esset vacuum nō admiserunt contactum corpoꝝ duroꝝ videt idē esse in contactu mollis et duri forte hoc negas duz subtrahitur durū a molli insequitur molie & relinqt post se vestigiū.cōtra qñ quis trahit cerā a lapide aliqua pars manebit plana non erit infinita acuties Respondetur si ita foret qꝫ nō essent pozi sed esset vniformis nisus ad segreganda illa corpora extremum illius cere esset infinite acutū stat ceram esse finitā entitatem & infinitā acutiem dato qꝫ eadez res numero sit acuties & entitas. ¶Tertio argumētor si istud esset verum sequeretur qꝫ duo circuli super idem centrū constituti essent eq̄les consequens est falsum & contra euclidē.iij.elementoꝝ ꝓbam ꝓbo omnes circuli habentes diametros equales sunt equales est cōis aīmi conceptio premissa ab euclide in principio tertii elementoꝝ:sed sic est si corpora sic se tangant.patet de locante & locato . ¶Respondetur hoc argumentū est nulluz cōstat nec aer nec aqua nec corpus molle mediat inter celū lune & mercurii & argumentū equaliter concludit qualitercūqz dicatur siue corpora dura se tangāt siue nō & patet ducendo diametrū per totuz corpus locatū vsqꝫ ad eius superficiē ꝑ exam ad concauā corporis mollis locantis dico cōclusio.vj.tertii elementoꝝ euclidis intelligitur de circulis eccētricis & nō cōcentricis & hoc patet ꝑ theonis demōstrationez que est hec sint duo circuli a b c & c d e se inuicē tangentes in c signo sit f cētrum cōe ꝑ primū postulatum: cōnectatur f c & extendatur vtcūqz f c b qñ:igit f signum centrum est circuli a b c equalis est p.xv. ꝑmi diffinitionē f c ipi f b. Rursus qñ f signū centrum est circuli c d e equalis est f c ipsi f e per eandē diffinitionē patuit aūt qꝫ f c ipi f b est equalis:igitur f e ipsi f b est equalis minoz maiori qꝫ est impossibile:igitur f signū non est centrum orbiū a b c & c d e ꝓpterea infert theorema quītū sexte cōclusionis si bini igitur orbes se ad inuicē tetigerint eoꝝ non est idē centrum id idē ꝑz lucidius in cāpano centrū terre est centrum sphęrarum celestiū sperarū inqz totaliū nō loquor de eccētrito ptiali hec demōstratio locum non habet in cōcentricis nec potest aliqs applicare eis hanc demonstrationē pūctum idem numero tangens superficiē cōcauā locati & diametrū terminans diametrum locantis terminat i superficie cōuexa ex quo ꝓcludere nō vales partē toti esse equā.si dicas eadē est diametrus duoꝝ circulorum concentricoꝝ q̄ trium q̄ truoz & sic sine statu status est in secundo non pono longitudinē latitudinis exptē diametrus que ducitur ad superficiē conuexaz tertii circuli includit vnā portionem latitudinis secundi circuli & alia diametrus hoc non includit sed idem est iudicium de diametro ducta ad conuexuz secundi circuli & concauā tertii si longitudinē latitudinis imunē admittas ad imaginationē, ꝑficiscere.

¶Distinctionis q̄dragesime none q̄stio duodecia.

Duodecimo queritur circa hanc distinctionem an sensue beatorum in patria erint in actibus suis. Respondetur per conclusiones duas. ¶Prima est aliqui sensus non exibunt in actus suos,pbatio gustus non exibit in actꝰ suos in celo odoz apprehenditur cū quadā vaporali euaporatione que a corpore odorifero resoluitur q̄ nō erit in patria qꝫ sit talis resolutio patet nō alias pomū vel aliquid multū odoriferum diu in manu detentum tabescit & aliqui pereunt odore venenoso qō non est facile captu si odor tantū intentionaliter fiat si quis contendat qꝫ nulla est euaporatio per mediū quia non videtur qꝫ tigrides & aquile venirent ad centum leucas vel quingentas solo odore duce & sicut erat tēpore belli grecoꝝ que aues nūq̄ alias erant vise in grecia odor nō tantū multiplicatur illud non euitat propositum forte non est adhibenda veritas illi narrationi forte qꝫ aīalia rapacia sunt acutissimi visus vt a remotis habeant predam in altis iugis mōtiū viderūt ad magnā distantiā vt fertur de aquila alte volāte capiente piscē in mari vel forte ventus differebat illo tēpore odorē ad tāta distantiā etiam quid cōducit exire in actū gustus in patria cum ibi nec comeditur nec bibitur.

¶Secunda ꝓclusio aliquis sensus exit i suas operationes.patet de visu.apocalipsis.v.videbit eum omnis oculus.hoc patet de sensu auditus vt glosa & interlinearis & marginalis tenet super illo verbo psalmi.Exultatiões dei in gutture eoꝝ.psal.cxlix.

¶Sed cōtra hanc conclusionem argumētor vox non fit nisi mediante aere.vt ꝑz in de anima.modo non est aer in celo:igitur. Insuper si sensus exeant in suos actus ipediunt voluntatē et intellectū exire in suas operationes.ꝓpterea cecus melius aduertit q̄ videns & magnus dolor i vno mēbro facit dolorē paruū in alio apparere nullū . Ad primū dicit non requiritur aer ad vocez nisi ꝓ hoc statu sicut requiritur aer ad viuendū ad inspirationē & respirationē & per hoc etiam causatur loquela deus hoc totum supplet si deus potest producere vocem cum aere potest sine aere aer nec est materia nec forma vocis materia scz ex qua ergo deus potest supplere vicem aeris deus potest facere qꝫ homo loquat & viuat semper in vacuo ꝓter rationē est dicere qꝫ celum frangitur more aerꝝ in loquendo. Ad secundum nego qꝫ se impediant vt supra crebro dictum est deus omnem defectū supplet. ¶Sed forte dubitas cuz beati dotentur suis dotibus videtur per

Universidad de Deusto
Biblioteca



